

LIBRARIAE UNIVERS
IAGELL CRACOV
Cim 8022

DIARII ET EARVM QVæ MEMO/ ratu digna in splendidissimis, Potentiss. SI/ GISMVNDI Poloniæ Regis, Et Sereniss. Dominæ BONAE. Mediolani. Bariq; Du/ cis Principis Rossani, nuptiis gesta. Per Iodocum Ludouicum Deciũ Wis/ senburgeñ. Descriptio.

Ioannes Dantiscus, Candido Lectori.

Qui cupis historiã Regalis noscere pompæ,
Tempore connubii quæ celebrata fuit.
Hæc lege quæ Deci9, res est ut gesta, notauit,
Singula conspicies ordine facta suo.
Si te delectant figmenta antiqua, iuuabunt,
Dum bene ppẽdes, hæc noua uera, magis
Scripta stilo facili placeãt ex tẽpore, Multũ
Sæpe solet ueteri gratius esse mero.



Andreas Cricius. Lectori.

SISMVNDI thalamos, memorādaq; gaudia Regis
De quibus it uariis garrula fama modis.
Hoc Decius paruo depinxit cuncta libello.
Cui ratio rerum cognita tota fuit.
Si quid in his lector, doctas offenderit aures,
Da ueniam, anguſto tempore ſcripta putes
Nec uiſum eſt nonum res ut premeretur in annum
Cui nouitate ſua gratia tota uenit.
Eſſe autem cum uis, dites ad fercula lances
Ne pete, fictilibus non minus eſca ſapit.

Rudolfus Agricola Iunior.

Connubii ſacra regalis, magnumq; paratum
Et cauſam, ingreſſum, principiumq; leges.
Qualis erat ſplendor, quæ magnificentia Regis
SISMVNDI & populi quā numeroſa cohors.
Vſq; etiam ad malum Decius bene ſcribit ab ouo,
In re cui tali eſt indubitata fides.
Huic ſunt perq; annos perſpecta negocia multos,
Regia non ullus plenius acta refert.
Barbara ſi ponit quandoq; uocabula, linguæ.
Diſſona Romanæ, res quoq; talis erat.
Interdum licet eloquio rem ſcribere, doctis
Diſpliceat quamuis nec ſuboletq;, rudi
Simplicitas ueri eloquium non ſuaue requirit,
Hæc etenim nuda eſt, nec phalerata placet.

IODOCVS LVDOVICVS DECIVS VISSENBVRGEN̄

Reuerendiſs. in Chriſto patri, & D. Dño PETRO Thomicio Epiſcopo Prꝑmiſlienſi, & Regni Polonię vicecancellario &c̄. S. & obſequium perpetuum.

LAborem certe ſupra ingeniolum meum te hortante volens ſuſcepi, Pedeſtri oratione, ſtilo facili admodumq; ieiuno, rebus qdem & occupationibus meis ſic poſtulantibus, planam ſum veritatem ſecutus, ipſe profecto mihi conſcius, in re tanta referta celebritate, minime ſatis facere poſſe, Nec deeſſe qui fruſtra me hoc onus ſubiſſe contendent, quod in re literaria tot illuſtres nouerim viros, qui his rebus vſq; inſudauere, quiq; Regium hunc ſplendorem excellenti carmine dabunt poſteritati. Nam quis An. Cricio nepote tuo concētu moduloq; auditus unq̄ dulcior? qs Hieronymo Balbo doctior? Laurentio Coruino quis venuſtior? Vrſino Gaſparo quis facundior? Dantiſco Ioanne quis eleganti vbertate copioſior? Agricolaq; quis grauior eſſe poterit? qui omnes Epithalamiis aut ceteris lucubrationibus ſuis, perpetuę memorię hęc memoranda condonabunt, quibus homuncio ego minime ſum comparandus. Verum vel etiam hoc me quo minus pergam non abſterret, quandoquidem diuerſis diſſimilia placere uidentur. Scripſi itaq; Diarium & ſeriem rerum matrimonii ſanctiſſimi, & ea quę memoratu digna in ſplendidiſſimis potentiſſimi Principis SIGISMVNDI Sarmatiæ Polonięq; Regis inuictiſſimi nuptiis geſta, tuoq; digniſſimo dedicatū, nomini (ſub cuius amplitudinis prę ſidio tutiſs. munitū exibit) in lucem dedi. Tunc enim ſatiſfactū omnibus putabo, quom tibi prę ſuli optimo (Cui ego me meaq; omnia deuoui) minime diſplicere cognouero, ſatis ſuperq; aſſecutū me arbitror, ſi tuā mihi clemētem gratiam uendicare potero, ita enim vt claris virtutibus (dii immortales teſtes, quia faceſſit omnis adulatio) cunctorū ferme anteſignanus es, Sic ceteris ego (te protegen̄.) ſum felicior. Hunc itaq; meum ſuſcipere pio dignare vultu laborē, & gratia qua iam pridē cœpiſti (tua iubente pietate) proſequere. Sed iā ne longior quam oportet ſim, & occupatiſſimum te nimiū moleſtarem (me tuæ amplitudini addicto) æternum felix vale. Gracouiæ Ann̄. a partu virginis 1518. Men̄. Maii 10. die.

DESCRIPTIONEM DIARII SERENISSImę Dominæ BONAE felicis. Poloniæ Reginæ &c. Per Iodocum Ludouicum Wissen/ burgeñ. hinc exordiri placuit.


Nno ab hinc tertio, qui fuit quintus deci/ mus supra sesqmillesimũ partus uirginei. Quom .19. Augusti Inuictissimus clarissi/ musq; SIGISMVNDus Rex Poloniæ, ex Austria feliciter a Potentissimo atq; excellentissi/ mo Romanorũ Imperatore MAXIMILIANO Au gusto(facta hinc inde affinitate, filiis, nepotibusq;, ac sibi ipsis reconciliatis, in perpetuum R. P. Christiane cõmodum) ad suos rediisset, iamq; statuerat paccatis rebus polonicis atq; optimo in ordine positis, ultro ad Lithuos Maiestatẽ transferre, acturus cũ Moscho bel lum, quãdoquidem per legatos ille ad Cæsarem nihil dederat, quo uel pax, uel induciæ speraretur. Dum ue/ ro parũ Maiestas sua Graccouiæ consedisset, charissi mæ serenissimæq; cõniugis comitatũ præstolãs, quæ pauloante ad secundũ Iulii mensis diẽ, ANNAm Re ginulam natu secundã est enixa, nec dũ integre cõnua/ luisset. Quom uero iam in itineris procinctu esset, illa subito, legis debitũ soluens humanis(non sine omniũ mœrore immatura morte) secundo Octobris die ex/ cessit, totũq; regnum post se lugens reliquit, & nõ im merito. Nam præter id quod pulcherrimæ formæ, uir tutibus optimis decorata, & prĩcipi charissima esset, nusquam superbire, nec alicui molesta esse didicit, sed sicut omnium regina, ita in omneis clementissima fuit,

Mors olim Reginę.

atq; eadem piissima. Tum Rex parat in Lithuaniam iter, ad 6. Nouemb. diem a Graccouia soluens. Despõ sata prius Ill. Elizabeth sorore, FREderico Legnicio Duci, q̃ & ipsa ædito prius partu paulo post princeps plena uirtutibus & sanctitate supis aduolauit. Tandẽ Maiestas sua Sandomiriæ parũ consedit, ut quædam cõponeret Regni negocia, relictis ibidẽ HEDVIGæ ANNAq; filiabus, Lithuaniam intrauit. Interim Ro manus Imperator haud immemor recõciliatæ gratiæ atq; nuper concepte beneuolentiæ, de noua, Regi tan to, cœpit sponsa præmeditari, crebroq; literis oratori busq; Regem hortari, ne regnum hærede faceret care re, Sed potius animũ ad secundas nuptias inclinaret. Virginẽ Regiis thoris dignam uocaret, ex qua regnũ, atq; terrarũ orbem posset consolari. His aliisq; solicite persuasis, post multa, inter Regem & Moschum hinc inde acta, missis legatis & oratoribus uariis, tandem Anno septimo decimo post millesimũ quingentesimũ circa primos Ianuarii dies, Cæsar Romanus, Sigismũ dũ de Erberstein ad Regem oratorẽ summisit, q Grac couiam(mortuo Petro Moraxio collega) uenit, pau/ cos dies expectauit, uocatus a Rege in Lithuaniã di/ scessit, 12. Feb. di e Grac. exiens Vilnam ad Regẽ per uenit, hunc comitatus est ducis Moschorum nuncius, qui tunc apud Cæsaream Maiestatẽ gessit oratorem, q(ut Cæsari gratificaretur) per Poloniæ regnũ & Du catum Lithuaniæ cum eo in Moschouiã dimissus est. Alter eum quoq; comitatus celebrior & multo opta/ tior Chrysostomus Colonna uir in sortem dñi electus doctus atq; grandeuus Illustrissimæ ISABELLAE

Regia soror desponsata moritur.

Cęsar de no uo matrimo nio cogitat.

Sigismũdus de Erberstin Orator.

Chrysosto/ mus Colon na Orator.

Regis Arrãgoniæ natæ, ducis Bari, & principis Roſ/
ſani, nup ad Cæſarē a Secretis miſſus orator in facto
fauſtiſſimi huius, & nunꝗ ſatis laudandi matrimonii/
hii cū Vilnam ueniſſet, ea qua Cæſaris decebat orato
res reuerentia excepti. Cæterum Sigiſmundus legati/
one dicta. Poſtquā Cæſareo nomine Regi hoc ſanctū
perſuaſit matrimoniū, ultra in Moſchouiā eſt dimiſ/
ſus. Verū Rex qui ex priſtino dolore ſaucius atqꝫ imi/
nētibus bellorū, reiqꝫ publicæ curis inuolutus, aliquā/
diu rem ſuſpenſam tenuit, putās forte nihilo minus cō
uenire quā eodem tempore pro fide pugnare, atqꝫ nu
ptias facere. Tandem (quod deus optimus max. ſecū/
det) Iulio mēſe. inter eius Maieſtatē & Chryſoſtomū
harum rerū tum fidelem, tū diligentem ſolicitatorem,
q & ſpecioſiſſime uirginis, futuræ ſpōſæ Regiæ, ſecū
formā adduxerat. Petro Thomicio Premiſlieñ. digniſ
ſimo Præſule agēte, atqꝫ diſponēte negotia, rebus iſtis
datus eſt modus, articuliqꝫ ſcripti, Oratores delecti &
ad Cæſarem Romanum ſunt dimiſſi. Chryſoſtomus
ex ſuis unū Anthonetum nomine Barium præmiſit,
qui geſtā per ſe rem auſpicatiſſimumqꝫ principiū nun
ciaret, hic mira celeritate prouinciā ſuam peregit .25.
die quo Vilnæ ſoluerat Barium (ut ainut) puenit, quæ
loca inter ſe .376. miliaribus germanicis diſtant. Ora/
tores uero tardius ob itineris longinquitatem ire ſunt
coacti in Auguſto Graccouiam ueniunt, Magnificus
Staniſlaus Oſtrorog Caſtellanus Caliſieñ. & Reuerē
dus Ioannes Conarcius Prothonotarius apoſtolicus
& Archidiaconus Graccouieñ. quibus hæc prouincia
eſt credita. Suntqꝫ expediti ea dignitate, ut in bellorū

Petrus Epus Premiſlieñ.

Incredibilis celeritas.

Regiī oratores ad Sponſam.

medio tumultu fieri poterat. Fuerūt ii diebus circiter
quattuordecim Graccouiæ, quibus ſine cunctatiōe ce/
leriter quantum in tāta feſtinatione fieri poterat pro
Regio ſe parauere honore. Tandem circa ultimos Au
guſti dies ad hoc ſe iter (quod uerſus Auguſtam faciē/
dum erat) accingūt, quo in loco Romanus tūc Cæſar
agere credebat. Verū Iodocus L. oratores præuenit.
7. die Septembris Viennā ueniens. ubi & Cæſar po/
ſtridie appulit, a quo clementer (ut illi in quoſcunqꝫ ēt
infime ſortis homies mos eſt) auditus, atqꝫ mox in Ita/
liā expeditus eſt. Regiis aūt oratoribus relictis ī Olo/
muncio literis iter Viennam deflexit, illuc ad quartum
decimū Septemb. uenere. Cæſar interim in Nouam
ciuitatem mouerat, ubi oratores auditi. Ioānes Conar
cius orationē his rebus accomodatā, et uerba fecit, At
quia (rebus ſic poſtulantibus) extēſa ſatis fuere, omiſ
ſis cæteris, ſeriem paucis infra annotaui uerbis, quæ
ſumma rerū fuit. Quando ita uiſum eſſet Cæſareæ cel
ſitudini, ut Rex Poloniæ ad ſecundas iam nuptias ani
mum dirigeret, idqꝫ ex clariſſima Sforciadum, & Ar/
ragoniæ Regum familia, tandem Maieſtas ſua capto
conſilio hos ad ſuam Cæſaream miſerit celſitudinem.
Quia iampridē ſecū ſtatuiſſet, ne trāſuerſum quidē di
gitum ab animo & uoluntate eius Cæſareæ celſitudi/
nis decedere, in eiuſqꝫ arbitrio & cōſilio tota quieſcere
Intelligens hoc illius eſſe deſyderiū & ſententiā, ut Ill.
uirginē BONAM in matrimoniū duceret, ꝗuis illam
nemo ſubditorū Maies. ſuæ uiderit, ſoli tamen cōmen
dationi eius Cæſareæ celſit. innitēñ. conſiliū accepta/
ret, & quod felix fauſtum ac fortunatum ſit) eandem

Legationis ſeries apud Cæſarem.

Illustrissimā dominam BONAM sibi coniugem dele
gisset, sperans eius cel. id illi minime cōsuluisse censu/
isseq; faciendū, nisi intelligeret hac affinitate nō uulga
rē accessionem, cū ad Reip. Christiane augmentū con
iunctioneq; mutuā utriusq; Ma. tum etiā rationes &
decorē tā illius Maiestatis, quā regni & dominiorum
suorū futurā. In hanc ferme sententiā legatione dicta,
cunctatū est aliquandiu, donec mandatū ex Bario (qd
tam celeriter, qa Cæsar Augustæ credebatur, Viennā
uenire non potuit) est portatū. Tandem 22. Septemb.
per Cæsareā cels. & regios oratoꝝ. de matrimonio est
De matrimonio cōcludit
conclusum, oratoresq; dimissi. 8. Octobris die Veneti
as ueniūt, parumq; apud Teruisium equis refectis, &
necessariis quibusdā coemptis, iuncto illis ibidē Cæsa
reo oratore Sebastiano Sperancio Decano Brixineñ.
uiro hūano doctissimoq;. alter scilicet ex duobus quos
Cæsar in huius matrimonii decorem cū illis summise/
rat oratores, missis per mare rebus suis, terra ipsi per
Marchiā iter fecere Veneta urbe. 14. octob. relicta. 5.
Nouemb. Bariū uenerunt, ubi maximis honoribus ex
cepti sunt. Verū quia Ill. ISabella, dux simul cū spōsa
Regia Neapolim ex Bario digressa. Missis hinc inde
nunciis, oratores 12. nouēb. ex Bario soluerūt ad quos
Nolæ, Augustinus Cementius, alter Cæsareus orator
accurrit, simulq; sic Marillianū ingressi, suo dūtaxat
Oratores Marillianū ueniunt.
noīe Regiā salutauere sponsā. Vigesima aūt pría eius
mēsis die, & Regia sponsa & oratoꝝ. Cæsarei Regiiq;
Neapolitanā urbem sunt ingressi, singulari pompa &
splēdoris decore, de quo supuacaneū hic esset iserere,
facile enī quisq; apud seipsū hæc intelliget, ex cæteris

quæ in huius matrimonii celebritate gesta sunt, Tan/
dem. 23. Nouemb. Cæsaris auditi oratores quorum al
ter Sebastianus Sperantius longam disertamq; & fa/
Oratores C. auditi.
cundam de laudibus Regis Poloniæ, & huius matri/
monii cōmendatione habuit orationem. Sed illi tanq̄
externo magis licuit alti9 certissima ueritate tāti prin
cipis uirtutem repetere. Nostris autē, nequid adulati/
onis notæ cotraheretur parcius agēdum fuit quā uel
negocium, uel principis dignitas postularet. Deest illa
Elegantia orationis Sperantij.
oratio, quæ tot laudibus repleta esse perhibetur, ut &
principū Maiestas & orator, ipse nō paruam gloriam
ab auditoribus cōsecuti fuerint. Sed & nobis quid for
tunæ periit, quod illam hoc in loco habere non potui/
mus. Triduo post, Regii oratores auditi STAnislaus
Regij oratores auditi.
Ostrorog orationem habuit, quā his inserere placuit.
grauissima tunc febre Conarcio decumbente.
MALVISSEM ego Illustrissima Princeps, maluis/
Oratio optimi militis.
sem profecto, ut Serenissimus & Inuictissimus Dn̄s
noster, Rex, alicui alteri, uel ex Senatu, uel aula sua
amplissima, munus id referendi mandata sua, coram
tua Ill. iniunxisset, q̄ mihi, negocii enim huius, de quo,
uerba facturus sum, magnitudo, & sublimitas, matu/
rius ingenium, & maiorē dicendi facultatem exposce/
bat, quo fit, ut plurimum uerear, ne militari & ieiuna
mea oratione id exequēs, aliquid de rei dignitate dem
psisse uidear. Verum, cum sors & euentus ita tulit,
ut absente q̄longissime a regno suo ipso Serenissimo
domino nostro, constitutoq; in medio belli estu, incide
rit, hoc faustissimū negocium, nihilq; minus paciebat/
tur, q̄ moram & cunctationē, propter tēporis, ad tan

ta locorũ interualla, angustiam. Visum fuit illius Ma/
iestati Serenissime, postposito, ad eam rem oportuno
apparatu, nos ex procinctu suo bellico, tanq̃ expediti
ores, mittere, & mihi hoc dicẽdi onus ĩponere. Quare
exponã Ill. princeps fretus humanitate & benignitate
tua, nuda & simplici oratione, rem ipsam, quæ alioqn
per semet, adeo clara est & illustris, ut si eã uerbis am/
pliare uellem, Soli, ut dicitur, lumen addere uelle uide
Legatio ad Isabellã rer. Ab eo tempore, quo sublata fuit ab humanis Se/
renissima dña Regina BARbara, coniunx Maiestatis
domini nostri clementissimi, fuit Maiestas illius Sere/
nissima, cum per summũ pontificem, & Cæsareã Ma
iestatem, tum Consiliarios & subditos suos, crebro cõ/
monita, ut quia id maxime ex usu esset, non solum re/
gno & dominiis suis, sed etiã uniuerse reip. Christianæ
nõ uulgari cõmodo, aĩm ad secũdas nuptias, inducere
dignaretur. Maiestas sua serenis. affecta tunc, partim
gemino dolore, tam coniugis charissime, q̃ cõcordissi/
mi fratris Serenis. Dñi WLADISLAI Vngariæ &
Bohemiæ Regis, obitu partim etiã tumultu et inqetu
dine bellica, nõ potuit longo tempore, ad eã contrariã
cogitationem, mentẽ suam flectere. Verum cũ modo
subditi maiestatis suæ, modo Cæsaera Maies. identidẽ
de ea re instarent, proponereturq; Maiestati suæ, ab il
lius Cæsarea cel. inter alias, Ill. domina BONA filia
uestræ. I. quam, cum alias sæpe per literas & nuncios
suos, tum nouissime per dominũ Sigismundum de Er/
berstein oratorẽ suũ cõmendauit, & suasit Maiestati
sue ducendã, ac ob eam etiã rem dñm Chrysostomum
nunciũ uestræ Ill. illuc uenire uoluit, M. sua serenis.

retinuerat eum tantisper apud se, donec orator suus,
quẽ pridem ad illius Cæs. Maiest. in ipso matrimonii
negotio, miserat, rediret, qui licet nõdum etiã reuersus
fuerat, & sacius existimauit, illum Maiest. sua Regia,
præstolari, tamen accepta iam ab illo sententia, & cõ/
silio Cæsareo, tempusq; instabat, quo Maies. sua recẽ
sere debuit exercitus suos, & ꝓgredi aduersus hostem
retinendũ diutius ipsum dominũ Chrysostomum non
putauit, nosq;, cum ea significatione ad uestrã Ill. mit/
tere, una cũ illo uoluit, ꝙ postquã Ma. sua Serenis. cõ
pertam habet sententiã Cæs. cel. in cuius integra fide
beneuolentia & amore fraterno, tota conqescit. Cũq;
quod præcipuũ est Maies. sua sacra, intellexit Ill. do/
minam BONAM filiam urẽ Ill. præter generis am
plam & regiam dignitatem, esse etiã singulari uirtute,
morumq; honestate, ac aliis egregiis & præclaris, tã
corporis, q̃ animi dotibus præditam, accceptauit con
silium illius Cæs. cel. & quod felix, faustũ, & fortuna/
tũ sit, ipsam Ill. dominã BONAM, sibi in coniugem
præ cæteris elegit & poscit, deditq; nobis illius Maie.
Regia, amplam & plenariã potestatem, concludendi,
& conficiendi, primũ apud Cæs. Maiest. demũ uestrã
Ill. hoc negocium, sperans & optans a dño Deo, cuius
prouidentia & ordinatione, cũ relique res mortalium,
tũ præcipue connubia fiunt & disponũtur, Futurum
id matrimoniũ charũ, imprimis eius diuinæ maiestati
demũ regno & dominiis suis, ac uniuersæ deniq; reip.
Christiane proficuũ & salutare. Et quia Ill. uirgo, ad
te enim mihi sermo est conuertendus, Inquit lepidus
poeta, Si qua uoles apte nubere, nube pari, Scin ad

istam tuam generis claram & regiam dignitatem, Regiasq; & raras inter mortales dotes, qualem tibi maritum fata conciliant? quanta sceptra porrigunt? posceris ad regnū, quod sua amplitudine & gloria, sua rerū omniū & uirorum copia, nulli cedit, in quo, nobilitas, fides, & fortitudo singularis uiget, et proinde principatus stabilis, nulli fortunæ tēpestati obnoxius. Posceris in complexum, in consuetudinem perpetuam, ab eo principe, in quo, quicquid boni a natura, a fortuna, a superis, dari potest mortalibus, in eo totum est & eximium & cumulatissimū. Est heroica corporis proceritas, est formæ tum dignitas, tū gratia, robur membrorum, status, & habitudinis maiestas, ingenium, prudētia, grauitas & magnitudo animi admirabilis. In natalium splēdore, sunt tot clarissimi maiores illius reges, tot Imperatores affines, tanta heroum & principum propinquitas. Sunt præterea, tot res immortales ab eo geste, tot acti de finitimis & potentissimis Ecclesiæ dei hostibus, triumphi. Est deniq; in tam magnanimo & inuicto principe, singalaris, cum erga omnes, tum (quod maxime ad te ptinet) erga cōiugem suā, amor, mansuetudo, & honestas, ut ea, nulla dicendi ui, nulla uerborum ubertate complecti possint. Quare o felix uirgo tantum sortita maritum, amplectere feliciter, hāc sortem tuā clarissimā, & progredere ad faustos & destinatos tibi thalamos, ad decus regiū præparatū, æuū, in eo longum & iucundū actura. Quod reliquū est, Deus optimus maximus, qui hoc tam faustum, tā excelsum, tam omni ex parte congruum, disponere & ordinare uoluit, connubium. illud fouere, illustrare, & promoue

Laus Sigismundi

promouere ad summū dignetur, pro gloria nominis sui, & rei christiane incremento. & quod in omniū est uotis, breui ea prole, eo herede decoret, augeat, & illustret, qui referat tales uultu & uirtute parentes, deinctumq; suis teneat sub legibus orbem. POSTEA q̄ legationis munus expleuerunt, atq; hinc inde omnia pro uoto actictata sunt. Tandē (quod deus opt. maximusq; secundet) per annulum Regium quem per me Oratoribus Regia miserat celsitudo, Adamas scilicet accutus, quem auro ligare, atq; hæc uerba intrinsecus desculpta ponere feceram. Benedicat te Deus, & crescere faciat in gentem magnam, eo itaq; annulo potentissimo Regi clarissima, atq; pulcerrrima uirgo per uerba de præsenti, micanti syderi mundi BONA optimaq; cuncta, sub arrata ac deponsata est. Et ut fama perhibetur, hic actus tanta fuit maiestate atq; excellentia decoratus, ut nō uiduæ unius, sed maximi orbis terrarū regis splendorem, atq; fastum supperaret. Cui etiam Summus Romanus Pontifex LEO. x. hac humanissima epistola (quā Breue appellant) congratulatus est.

Despōsatio per uerba de præsenti.

DILECTA in Christo filia &c. Gauisi plurimū sumus certiores nos literis tuis factos, Filiam tuā unicā, charissimo in Christo filio nostro SIGISMVNDO Poloniæ Regi III. desponsatam fuisse, quæ eum faciat formosa (cum ipse formosus est) ac Regia prole parentē. Tibiq; tāto magis gratulamur, q̄to cognoscimus iuxta desiderium, operam & auctoritatē nostram, rem bene cessisse. Qui alias apud primarios dicti Regis prælatos literis n̄ris aliquas sibi, quas tali Rege dignas fore censebamus,

Breue Apostolicum.

7

censebamus, pponi fecimus. Inter quas filia tua inter præcipuas fuit nominata. Existimantes nr̃a, & huius sedis sancte non parũ interesse. Regnum illud legittimo non carere debere successore, præsertim aũt talis Regis, qui pro Chr̃. fide, proq; religione christiana tuenda & amplianda, bella semper contra eiusdem fidei hostes gessit, & dextera domini sibi propicia assistẽte, triumphum & gloriam ad dei laudem, & perpetuam sui cõmendationem uictricibus armis reportauit. Et eo quippe Rege ex filia tua eius sponsa, a te, cui semper peculiaris cura fuit. Turcarũ tyrãni machinationes & progressus diligenter perquirere, & prudenter inuestigare. Quærẽs q̃tum in te fuit illius profanis cogitatiõibus semp obuiare, nutrita & educata. Tales filios proculdubio prouẽturos speramus, q uestigia clarifs. patris imitari, Sciant, uelint & ualeant regni illius fines longe lateq; propagare, ac Tartaros Moschouitas, & alios finitimos populos Christi nominis inimicos debellare, & feliciter superare. Sicq; ex toto corde & ex tota mente nostra deum redemptorem nostrũ, ut hæc tẽporibus nostris nobis concedere dignetur studiose rogamus, ac insuper auctoritate nobis a deo concessa. Regem & Reginam ipsam filiam tuã, ut in conspectu ipsius Regis ueram gratiã et gloriam inueniat, Benedictione sancta nostra in dño benedicimus, Sicut Deus Abraham, & semen eius benedixit, ut benedictione eiusmodi nr̃a, omnia eis prospere succedãt, sintq; illorũ filii sicut nouelle oliuarũ in circuitu mensæ suæ, per merita ipsius, cuius uices ĩ terris gerimus, cui sit honor & gloria in sæcula sæculorũ Amen. Datũ &c.

Hoc itaq; ordine peractis rebus Cæsareanis oratorĩ. gratiæ habitæ atq; dimissis illis. Regii quoq; oratores solicitis mentibus & matrẽ & filiam hortari cœperunt, ut iter hoc suum ad desyderatissimũ maturaret sponsum. Verum materna pietas, partim filiæ amore (quã forte uix unq̃ uisurã se sperabat) capta, partim etiã hiberno tẽpore periculosum maritimũ iter, nec ẽt p terrã omnino satis placeret. Variis habitis deliberatiõibus, eo uentũ est, ut hæc regia nympha, dubiis maris fluctibus crederetur. Quo habito atq; concluso cõsilio, oratorĩ. Regii 22. Decembris Neapolitanam urbem egressi celeri cursu itinere quo uenerant, per Venetam urbẽ rediere Villacum Carinthiæ opidum, ubi etiã Regiam decreuerant expectare sponsam, quom uero hyems plus solito esset frigidior, atq; illi fœminei sexus teneritatem non ignorarent, ante Veris inicium uenturam nõ rati mutata sententia Viennam usq; uenere. Quod cũ Rex cognouisset, literis iter intercœpit atq; denuo Reginæ sponsæ suæ obuios ire iussit. Refectis itaq; familia equisq;, post dies ferme sex ad sponsam regiã redeunt, de cuius aduentu inter equitandũ apud põtem Stiriæ oppidum habuerũt nunciũ. Nam abeũtibus oratoribus ex regno Neapolitano, Sponsa Regia, simul cũ matre, illustriq; PRospero Colonna Manfredoniam ciuitatem maritimã profecti, ut habito secũdo aere, uela uentis darent. Tandemq;. 3. Feb. 1518 inde soluentes salui omnes feliciterq; 14. eius mẽsis ad sanctũ Vitum in flumine, Cæsareũ oppidũ ad litus Istriæ situm, peruenere. Comitiuam uero quã eius Ill. habuit, infra in ingressu Graccouiã describere uolui. Cæ

Reditus oratorĩ. regiorĩ.

oratores ad Sponsam regiã redeunt.

Sponsa Regia mari credita.

lui. Cæterũ, Cæsareani Regiam sponsam honoribus
maximis exceperunt. Indeq; per Labacum Carinthiæ

lui. Cæterũ, Cæsareani Regiam sponsam honoribus
maximis exceperunt. Indeq; per Labacum Carinthiæ
oppidũ ducta, Regios orator. interea apud Cili oppi/
dum habuit obuios, postea a Stirianis quoq; in Gratz
perducta, quo in loco a nobilitate plebeisq; communi
omniũ applausu est mira ueneratione excepta. Recto
deinde itinere Viennam contendit. Sed & in Austriæ
finibus per Magnificos Cæs. cel. a Regimento Sena/
tores sũmis quoq; honoribus duodecim millibus pas/
suum extra Vienneñ. urbem salutata Viennam con/
Viennam venit.
ducta ubi etiã Senatus decreto a Vienneñ. instructu
peditũ ordine 1200. nũero ornatiss. germanico more ue
stitis singulari, ciuiũ gratulatione extra urbem (quã di
ligẽtiss. studio nuper ad huius ingressus decorem, a ni
uibus mũdare præceperant) suscepta, in arcem Cæsa
ris locata est, quo uero splendore, quoue omnium con
gratulationis gestu, cum a nobilitate, tum plebeis per
Germaniæ ora, illa Regia sponsa sit uenerata, id ma/
nus mea scribere deficeret, haud secus eni omni in re
obseruata ac si Romani imperii socia heraq; illorum
esset futura. Excepta est & ab excellẽtissimo Vienneñ
doctiss. collegio, oratione docta atq; extensa, quæ (qa
extat alias formulis excusa) hic non inserta est. Pridie
Kazimirus Marchio.
ante Maies. eius ingressum Viennã, Illustris Kazimi/
rus Marchio Brandeburgeñ. illuc quoq; uenerat, quẽ
Cæsar ad hoc dignissimũ munus sũmiserat, ut Regiã
hanc uirginẽ celsitudinis sue nomine (quom hoc in ma
trimonio parentis gereret officium) Regiis thalamis
adduceret. Cæterũ Brzettislaus de Schwihav. Ioan/
nes Moraxius, Laurentius Saurer Austriæ Vicedomi
nus &

nus. & Ioãnes Cuspinianus urbis Vienneñ. præfectus,
Marchioni pro collegis dati. Qui simul regiam hanc
sponsam ad desideratissimi coniugis cõplexus festinan
tem, ad Ramis palmarum diem in Olomuntz pduxe In olomũtz venit.
re. Ea in ciuitate, q̃ humanissimo est populo referta,
decenti ueneratione dignata, Paschaliaq; sacra rite ob
seruata. Interĩ uerosupra repetere opepreciũ est, qd
domi gestũ, quoue ordine æpule tãtis hospitib9 digne
parate. Relicta parum Regia sponsa in hac pulchra
Olomnuceñ. ciuitate, loco tum pulcherrimo, tũ tutis/
simo. Ad Regẽ redeundũ est, Cuius cel. (acceptis lr̃is
qbus aduẽtus sponsæ suæ certior factus) uicinos mox
principes, ac omnis dignitatis primores, oratoribus ac
nunciis missis ad has Reipu. Christiane proculdubio
felicissimas uocauit nuptias. Eorum tamẽ qui inuitati
fuerũt, frustra hoc in loco noĩna citarẽtur, quom infra
plerisq; in locis qui iterfuerunt notaui. Medio dũ hæc
ordinata, Copia rerũ uictualium disposita, incredibilẽ
est quam cito, & temporũ conditione faciliter, beneq;
singulis est prouisum. Post hæc regiæ habitationes, ue
luto burcato auro miro sumptu, cũ ornate tum splen/
dide decorate. Præterea nequid splendoris integritati
deesse uideretur. Regia cel. incolis regni primoribus
numro 19. personis, uestes auro contextas haud uulga
res. Proceribusq; & iis qui a Secretis uocantur Secre
tarii personis triginta octo uelutũ. Post hos nobilibus
curieñ & aulicis & id genus militiæ nũero centum tri/
ginta duobus aliis Rasum sericũ aliis Adamascũ. Re
gia donauit liberalitate. Cubiculariis uero & regiis pu
eris. 24. Tubicinibus. 8. cocis totidẽ, alteriusq; sortis p

personarũ conditione hominibus, prouiſum. Interim
oratores ad Reginã noui ex regni primis, quattuor noui ad Regiã ſponſam ora
tores delecti, qui regio eius Maieſ. exciperent nomie,
Qui mox ad hanc ſe digne parauere prouinciã. R℞. Io/
annes de Lubrantz Poſnanieñ. epiſcopus. & Magni.
Lucas de Gorcka Caſtellanus Poſnanieñ. qui p Wra
tiſlauiã ex Poſnania uenerunt. Graccouiæ uero R℞. dñs
ERaſmus Vitellius Ploceñ epiſ. & M. Criſtoforus de
Schidlouitz Palatinus Graccouieñ. & regni Poloniæ
primus Cancellarius exiuerunt recto omnes itinere in
ſponſæ regiæ occurſum profecti. Medio milliari extra
Olomuntz urbẽ conueniunt, ſimul eandẽ ingreſſi, quo
ſplẽdore, q̃ue magnificentia, hoc in lococõſulte ſubti/
ceo, ne cuipiam uiderer aliorũ adempta laude, noſtros
maxime extollere, hominũ nanq; iudiciũ fauorem ſe/
qui conſueuit. Verũ qui uiderunt parcitate non uicio
boni iudices, me ſcriptorem arguent. Quattuor hii ex
regni primis & alioquin rerũ regiarum ſemper ſtudi/
oſiſs. Regiam ſalutandi gratia acceſſerunt nymphã
Et Poſnanieñ. præſul uerba fecit hac infra inſerta bre
uitate iucunda oratione Reginam nouam ſalutans
appellauitt.

Oratio Ep̃i Poſnanieñ. SI uel ætatis, uel ordinis mei munus eſſet Illuſtriſſima
uirgo, eloquentiæ uiribus niti, uellem nunc in labris
meis, Demoſtenis medulla ſeſſitaret, ut et ea, qua par
eſt, ueborum & ſententiarum dignitate, tuã ill. D. cum
hiis magnificis & ornatiſſimis collegis meis, ſalutare
poſſim, atq; id imprimis affatim declarare, quam ge/
ſtientibus animis huc uenerimus, futuræ læticiæ ſacræ
Maieſt. domini noſtri nuncii. Cuius Maies., & ſi mul/

tos & graues bellicos labores, cũ ad ſuorũ regnorum
utilitatem, tum uero ad cõmunem Reipu. Chriſtiane
defenſionem contra infideles, & alios ſacroſanctæ Ro
manæ eccleſiæ accerrimos hoſtes ſuſcepit, ad rem ta/
men uxoriam animum appulit, tuamq; ill. D. delegit,
futurã ſibi ſancti matrimonii coniugem & ſociã perq̃
iucundã & gratam, ad quam ſalutandã & excipiendã
ſua maies. nos miſit. Cum autẽ nec ætati, nec profeſſi/
oni meæ ſatis conſentaneũ uidetur, magno apparatu
orationis uti in re tali & tãta tranſigẽda. Quæ quidẽ
ſi ab oratore agenda eſſet, cuius eſt proprium res ma/
gnas ſũmis laudum preconiis celebrare, ampliſſimã
cõmendationis ſuppeditaret materiã, miſſa hæc faci/
ens, quæ non ſunt profeſſionis meæ. Tuam ill. D. con
cordi ore, & gratiſſimis animis, qua maiore poſſumus
ueneratione, ſalutamus alacriq; animo & hilari uultu,
Sponſam dñi noſtri excipimus, præſentiq; tibi matu/
ros largimur honores. Et ut ad Sereniſſimũ dominum
noſtrum Sponſum tuũ nobiſcum una te iam recipere
digneris, Pſalmographi Prophetæ. Magnifico illo &
humano generi admodũ ſalutari carmine inuitamus.
Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, quia concu/
piuit Rex ſpeciem tuã. Tu ergo ſpecie tua, & pulchri
tudine tua, intende proſpere, procede, & regna.

DATIS deinde a Rege muneribus, duas uidelicet tor
ques, multis & precioſis lapidibus margaritiſq; deco/
ratas. Præſentatoq; plauſtro, quod regia cel. Scarla/
to optimo uiridi ſubducto Adamaſco, deſuper tectũ
ſuæ ſummiſerat chariſſime ſponſæ, quo & lenius tu/
tiuſq; ueheretur, & Solis ardorẽ, pluuiarũq; imbrem

facilius effugere posset. Rite tādem fidei sacris pera/
ctis, post Paschæ diem iter in Poloniam maturant, di/
eq; 13. Aprilis salui in Morauitz pagū duo millia pas/
suum extra Graccouieñ. urbem situm, uenere. Vbi re/
gia sponsa eo sequētiq; die consedit. Eo die Regia cel.
Reuerendiss. episcopū Premislieñ. & ill. Constantinū
ducē, Pala. Calisieñ. Sponsam suā salutañ. misit. Qui
q̄ lepide officiū expleuerint, illius dignissimi præsulis
festiua oratio quam ex uerbis annotaui declarat.

Oratio Epi Premisl.

SACRA Maiestas Regia, Serenissima princeps, li/
cet hoc toto tēpore, quo te ad regnum suū aduentare
intellexit, abunde tibi declarauit cum crebris literis,
tū dominis consiliariis suis, quos tibi non pridem ob/
uiā misit, quāto affectu, desiderio et lætitia sua te ex pe
ctet. Iāq; non procul abest, quo eius Maiist. idē ipsa sit
abundius tibi corā delaratura, & præsenti, mutuoq;
amore tuo perfruitura. cognito tamē tam propinquo
tuo accessu, nimium gestiens animo, idq; etiā reliquū
tēporis, quo feliciter ad se peruenias, longū reputans,
mittere nos dignata est, ad excipiendū, & salutandum
nomine suo tuam cel. eiusq; faustissimo aduentui gra/
tulandū, de quo quantū & ipsa illius Maies. & omnes
hominū ordines gaudii, uoluptatis, & consolatiōis ca/
piant, clarius tute excellentissima uirgo postridie, be/
ne iuuante Deo, cognosces, q̄ explicare uel ulla orati o
nr̄a possit, uel locus hic reqrere uideat̄. Quare quod
felix, faustum, ac fortunatū sit, ingredere cādidissimis
auspiciis ad regiam, ad thalamos, ad complexū deniq;
& amorem perpetuum sponsi tui felicissimi, cum quo
ætate Hecubam, fœcunditate Nioben, felicitate Lam
pidonē

pidonem exuperes.

SANcti uero olimpiadis die 15. Aprilis summus pa/
rens omniū Deus hilari fronte mundū arridere, uisus
subito opacum nubilumq; cœlum detegit, lætoq; ue/
stiuit colore, splendidum lucere iussit Solem, qui mi/
cantibus radiis uirentia quæq; in huius actus contem/
plationem erexit, proculdubio auspicatissimū præsa/
gium hoc sanctum matrimoniū, non modo hominibus
gratum, sed superis quoq; esse curæ. Eo die Rex & in
uictissimus princeps processit, ut ipse iam diu desyde/
ratam sponsam exciperet. Cum omnibus regni Polo/
niæ, Archiepiscopis, Episcopisq;, Palatinis, Castella/
nis, cæterisq; proceribus, aulicis, atq; hospitibus, qui
iam ex diuersis locis rogati conuenerant Graccouiā.
Circa 16. diei horam ad locū his rebus accomodatum
ubi tentoria propter solis ardorē posita fuere, terraq;
ob actus istius, Maiestatē panno rubeo strata. Egres
sus huius ordo specialis non erat, cū quia hominū nu/
merus intra ciuitatem propter angustiā contineri non
potuit. Masouiæ etiā iam duces Regem egredientem
præuenerāt, tū etiā quod Rex in ipso suburbii hostio
parū sistebat, donec septuaginta tormenta billica, seu
machinæ, succēse globiq; eiecti essent, ita aliquantulū
ordine conturbato, in locū stationis uentū. hic aliquā/
diu regia sponsa expectata, forte quia inter .R̄. dñm
Card. Esteñ. q eo mane ex Vngaria uenerat comitat9
367. equis, Et Cæsareanos pro loci dignitate leuiuscula
quædā interuenere, quo ut tardius contra opinionē ue
nirent, effecere. Reuerēdiss. Cardinalis relicta sponsa
Regia uenit in eū locum ubi Regia cel. in tentoriis ex

 pectabat

Cardinalis ad Regē venit. pectabat, Cui primo, Reuerendiſs. Gneſneñ. Archie/
piſcopus (comitatus, Reuerendiſs. Stanislao Olomū
ceñ. Ioanne Wratiſlauieñ. Epiſcopis hoſpitibus. &
Archiepiſcopo Leopolieñ. Wladiſlauieñ. Premiſlieñ
Colmeñq; domeſticis epiſcopis) uenit obuius. Datis
de more hinc inde manibus humaniſſime eſt exceptus
& ad Regem adductus. Paucis ſalutato Rege uerbis
clementiſs. uultu a Rege gratus hoſpes excipitur. Tā
dem quom ſol in occaſum flecteret Regia uenit Spon
ſa. Præcedentibus inprimis Regioꝝ. oratoꝝ. equitibus,
qui eius Maieſtatē ut ſupra memini in Olmunꝫ exce/
perant. Pone hos Italicus & dñi Proſperi equitatus:
Deide Cæſareanoꝝ. familia. Poſtremo ipſa Regia uir
go equo pulcherrimo uecta, comitata per Marchio/
nem & Proſperum Colonna, cæteris oratoribus præ/
cedentibus. Quom uero in eū locum uentum eſt quem
panno rubeo ſtratum memini, terrā proſiliunt, Nam
& Rex ipſe pedeſter uenit a tentoriis in pauxillum ob
uius clariſſimæ atq; chariſſimæ Sponſæ ſuæ, quæ ſu/
pra memoratis ducibus comitata uenit. Aput Regē
fuere Reuerendiſ. Cardinalis Aeſtenſis, & hii quorum
ſupra feci mentionem. Cæterum cictus centū quadra
Pedites Regis. ginta ſelectiſſimis uelitibus germanorum peditū mo/
re armis, toracibus, bracteiſq; pulchre īduſiatis unoq;
colore albo mixtis pauculis nigris p̄ trāſuerſum line/
is decoriter ueſtitis, lanceas partim, reliqui criſtapas
manibus geſtabant, quibus auidū ſpectaculi populū
comprimerent, hos ex ciuili mercatorioq; ordine egre
gios iuuenes Graccouieñ. Senatus pro ſua in Regiam
celſitudinem obſequio ad hanc prouinciā ex cæteris

ſelectos ſummiſerat. Hoc itaq; modo ueniūt obuii ab Congreſſus Regis & ſpōſæ.
orientali plaga, flectens magis ad meridiem. Regia in
ceſſit celſitudo, ſuis quos infra dictuꝝ. ſum comitata.
Ab occidentali uero parte, uertens in ſeptentrionem,
Regia Nympha uenit, ſociata a dextris KAzimiro
Marchione, & Proſpero Colonna a ſiniſtris, ducibus
optimis. Ad utruuq; uero latus Cæſarei oratoꝝ. & Ita/
lica nobilis comitiua occuparūt. Sed in hoc cōgreſſu,
Si me clariſſima uirgo uultus tui Maieſtas nō cohibe/
ret uerba ad te mihi facieñ. putarem. Quæ diis uolen/ Alloquitur Regiā Sponſam.
tibus relicto Neapolitano regno delicatiſs. terrarum
orbis parte ad hoc longinquū te iter accinxeras, hoc
in loco pedem ſiſtis, nouum diuq; deſyderatum uiſura
ſponſum. Hic Inuictiſs. orbis terrarum Rex fulgens
ſydus mundi, quo micante R. P. Chriſtiane robur con
ſolatur, te quoq; Nympham ſuam expectat. Erige ſal
tem ocellos, & terſa reſponde eloquentia tua. Num
huius præſentia Maieſtatis ad te uſq; delatam euicit
fama? Num regius in te ſanguis in millibus hunc mul
tis repertum Regem actutū credere iuberet? Qui re/
gibus ex altis progenitus, eorū inherens ueſtigiis ma/
iorum, qui Sarmatiæ populis leges dixere, uirtutibus
armiſq; regnum bene partum in hoc ſydus mūdi (diis
ſic uolentibus) Sublato patre KAzimiro, fratribuſq;
Wladiſlao, IOanne Alberto Alexādroq; fortiſs. Re/
gibus, tranſmiſere. q hac die regni atq; maieſt. te ſociā
expectat, uultu regio opinionem ſuperans, multorū
te inconſpectu amplexaturus eſt, max. multorumq;
tandem te conſtituet regum parētem. Virgineo te cō/
ſpicio pudore conſternatā, regio ſed animo decoratā,

audaci desyderio in tanti clarissimi sponsi amplexus
occursare quoq; cõsidero. Accede ergo propius & diu
Regẽ alloqũ expectantes nos tandẽ redde consolatos. Sed & Rex
inuictissi. hãc claris. excipe sponsã, cuius uel uirtutis,
uel formæ opinio te mĩme decepit, cernere quom pñs
licet speciosiss. mundi decus, dignam Reginam & im
perii tui sociam, Patre Ioanne Galleacio Mediolaneñ
optĩo fortissimoq; duce, natã. Cuius soror ad Romani
habenas imperii MAXIMILIANO clariss. Cæsari
est assumpta. Matre autẽ ISABELLA ALPHOnsi
secundi Arragoniæ Regis filia progenita, Cuius quã
clara sit familia, uel ex eo habetur quod usq; ad quin/
quaginta quattuor Reges nunquam defecerit. Hæc
maximo MAXIMILIANO Cæs. facieñ. perpetue
tibi fidei pignus sponsa mittitur, q̃ te optimi heredis
parẽtem, nosq; clariss. Regibus R. P. Christiane for/
tis. propugnatoribus, reddet felices. Sed me, dum ex/
tenso ore incepi, utriusq; uestrum mirari præsentiam
longius quã institutum postulat, omittens narrationis
ordinẽ (ad quẽ redeundũ est) sum digressus. Stãtibus
igitur sic ex aduerso multisq; millibus intuẽtibus, spe
ciosissima BONA, cuncta ferens optima, KAzimi/
ro & Prospero feliciss. comitibus, prospere, SIGIS/
MVNDO, syderi mundo olympiadis die, in olympũ
Spõsa regia a Rege excipitvr. idest Poloniam adducitur, Quam Rex hilariss. frõte
manu excepit, illaq; uicissim ꝓfundius flectens, Regẽ
est amplexata. Tum Reuerendiss. D. Ioã. de Lasko
Archiepiscopus Gnesneñ. orationem loco & conditi/
oni accomodatã habuit, quam inserere opereprecium
uidetur, hisq; nerbis exorsus est.

RERVM fabicator Deus, & potentissimus humani
generis conditor, hominem cæteris animantibus præ/ Oratio Archepi Gnes.
ponens, ipsi quoq; homini præposuit, Imperatores,
Reges & Principes, eosdẽq; maiori prærogatiua nobi
litatis clarere uoluit, ut ipsi ueluti quædam mundi lu/
mina, & rerum omnium moderatores in terris, genus
humanũ sua prudentia, ingenio, auctoritate, armis, le
gibus, & iusticia regerẽt & conseruarẽt. Quod quom
ita sit, decet, superq; dignum & necessariũ est, ut id ge
nus homines, tanta dignitatis excellentia pollentes, ex
cellentiũ quoq; geniorum connubiis pociantur & gau
deant, quo magis ipsorum domus atq; familiæ ampli
tudo magnis connexa clientelis & affinitatibus, eluce/
scat, & maiestatis exornatur fulgore. Hac contẽplati
one Ill. Princeps, Rex noster Serenistimus Sponsus
M. tuæ, magna nimirũ nobilitate clarus, ut q & Rex
est, & Regis filius, Regũ nepos, Regum patruus, mul
tosq; fratres Reges continua serie habuerit, adeo ut
nemo fuerit, ex hac sacratissima, uetustissimaq; fami/
lia, a qua ipse ducit originem, qui nõ Regis nomine ap
pelletur. Indeq; iam protritum prouerbium sit, hanc
familiam ad hoc tantum nasci, ut regnet, & regnorũ
diadema gestet. Sed est superuacaneũ, hoc uerbis ex/
tollere, quod ꝑ se notũ est, Ad rem redeo. Dũ iampri/
dẽ Ma. sua, Reginã suam charissimã immatura mor/
te præuentam ammitteret, pertesus & affectus quod
tãdiu coniugis careret solatio, ad tuã M. appulit ani/
mum, quã non ignorabat, dignã se coniugem esse, &
magnitudine nobilitatis, & amplitudine domus atq;
familiæ, ut pote, a magno stẽmate regum Aragoniæ

ortam/Illuſtriſſimiq; & ampliſſimi ducis Mediolani
filiam, & unicam heredem eſſe, ac deniq;, nominis cla
ritudine, excellentia formæ, morũq; honeſtate admo/
dum pollere, nil ſibi felicius accidere poſſe reputans, q̃
te in coniugem, & cõſortem regni habere. Nec multo
poſt, ſollicitante Ma. ſua. Teq; conſentiente rem pera
gi (Quod fauſtum felixq; ſit) obtinuit. Idq; extemplo
rupta mora fœdere matrimoniali, per ſuos oratores
de more firmari, & huc te conduci commiſit, & ordina
uit. Cuius maieſtas quom te iam (Deo bene uolente)
itineri accinctam eſſe intellexit. Mox & ipſe impiger
& alacer, ab ultimis Sarmatiæ, & ſui Magniducatus
Lithuaniæ finibus, per longiſſimũ terrarum tractum
huic loco accurrit, ut te quamprimum uideret, ſaluta/
ret, & exciperet, faceretq;, quicquid ad tuũ honorem,
dignitatẽq; pertineret. Sed tu ſacra maieſtas, hoc uno
infelicior eſſe uideberis, quod in hoc primo aduentu
tuo, acciderit te, laudum & magnitudinum tuarũ me
preconem habere, qui linguæ Lacialis, omnino inops
ſum, & in dicẽdi genere imperitus, maxime in præſen/
tia, Sacratiſſimi Sponſi tui, & huius Cardinei luminis
Reuerẽdiſs. dñi Aeſtenſis cognati tui, hocq; cetu pon
tificum, Principum, Baronum, & Procerum, doctiſſi/
morũq;, ac peritiſſimorum, uirorum, ac tanta populi
frequentia, qui ad uidendam te, & digno honore cele/
brandam, officioſiſſime & cupide confluxerunt, & ſti/
mulant me ſtudioſis indiciis, ut eos Maieſtati tuæ ex
affectu commendarem, ut eos, ſecundum quod tui no
minis ſtudioſos cognoueris gratia & fauore proſequi
non dedigneris, qui & nunc obſeruant, ac intuentur,

quo uultũ, & animo eos intuẽaris. Nam tantã eſt lau/
dum, & uirtutum tuarum excellentia, ac morum com
poſitio, pulchritudiniſq; & uenuſtatis decor, ſuperq;
ingenii & doctrinæ (quod raro in uirginibus accidere
ſolet) perſpicacitas & acrimonia, ut difficile fuerit, ne/
dum a me quidem, indiſerto, & elingui, uerum, & a do
ctiſſimo quoq;, diſertiſſimoq; uiro, ad amuſſim diſſe/
rere. Nam nihil tam docte, tamq; diſerte dictum foret
quod non maius, auctius, præſtantiuſq; eſſet, adeo, ut
ſi & omnes qui hic ſumus, uno ore loqueremur, totoq;
conamine niteremur, uix minimã partem landum tu/
rum poſſemus compræhẽdere. Neq; ego hoc munus
excipiendi maieſtatem tuam ſuſcepiſſem, ſciendo me
ad hoc uiribus imparem eſſe, niſi me impelleret digni
tatis & primatis cõdicio, & in ea republica, auctorita
tis maioritas. Confido tamen de Maieſt. tua, ꝙ ſi quid
minus dixerim, egerim ue q̃ tua dignitas & excellen/
tia meretur & expoſcit, indulgebis, mihi, ueniamq; da
bis, plus uolenti q̃ potenti. Neq; etenim locus & tem
pus patitur, orationis uela extendere, qn nec ego uolo
in hoc certamine perſtare diutius. Sed iã potius canã
receptui. Venit igitur tua Sacratiſ. Maie. ad eũ Spon
ſum, quem iam præſentẽ intueri poſſis, cuius dextræ,
iam tuam iunxiſti. Accipe hunc iucunde & placide,
cum quo regnum ampliſſimũ magnaq; dominia ſis ac
ceptura. Nihil ſibi deeſt, niſi filius ſucceſſor. Nunc in
te omnis ſpes noſtra ſita eſt. Non aliud a te magis reſ/
publica noſtra expoſtulat, quam ut nobis talem pro/
ducas, qui parẽtem exprimere, & repreſentare poſſit.
Nos uero omnes ſubditi ſui, tanto ſtudioſiores, & ob/

ſequẽtiores tibi erimus, quanto magis reuereri oppor tebit, & parentẽ qui regnat, & filium qui in regno ſuc ceſſor erit. Tu uero enitere omnibus his quibus præ/ eſſe debebis, eorum honori & cõmodis prodeſſe uel/ le. Et ſicut nomine BONA es. ſic te ſemper nobis bo nam, gratioſam clementemq; præbeas, omniq; be/ nignitate proſequere. Aderit tibi Deus, Maria Dei & hominũ mater, dii penates tutela regni diui Adalber/ tus, STaniſlaus. Venceſlaus, & FLOrianus, ac diuus NICOlaus de Bario patronus tuus glorioſus, & hunc aduentum tuũ bene auſpicabuntur, augeriq; te & ui/ uere facient, multos in annos :

Interim ad machinarum magiſtros nunciatum eſt, qui terribili ſonitu hunc congreſſum ad aſtra uſq; nuncia/ uerunt. Dicta oratione Ludouicus Secretarius uir fa/ cundus & doctus Reginæ uerbis reſpondit admodum breuiter, quæ tunc audire, neq; habere potui, hilariſſi mis deinde uultibus reliqui Cæſareani orotores Itali/ æq; proceres ſunt excepti. Regiaq; oſculata manu ad ſalutationẽ Regiæ ſponſæ, noſtri pro dignitate acceſ ſerunt, noſtros dico, quos ſupra cum Rege fuiſſe etiã ex hoſpitibus memini. Anna deide Ill. dux Mazouiæ uidua cum filia uirgine acceſſere, quã aliæ fœminei ſe/ xus ſunt ſecute. Salutatione itaq; de more facta, ordo ingreſſus per Mareſchalcos diſponitur, quem uolens hoc in loco ſubticeo. Verum quia ordo hic poſtulare uidetur, omnium qui interfuere nomenclatura annota bo, ſignatis aliquibus qui tunc apud ingreſſum non fu ere, uel etiam poſt coronationem uenere.

CAESAREANORVM NOMENCLATVRA

ILLVſtris KAZIMIRVS Marchio Brandeburgeñ Regius nepos.

Inſigniores qui cum D. Marchione uenerunt.

Bertholdus Comes de Hennenberg.
N. dñs Liechtenſtein iunior.
Grunning Marſcalcus.
Ioannes Druchſes.
Oſwaldus Schex.
Battholomeus Vexenſteinner.
Chriſtoforus Wolfmerſ hauſer.
Mauricius Shirdinger.
Conradus Betzinger.
Steffanus Birkenfelſer.
Ioannes de Seckendorff.
Aliiq; Germaniæ nobiles qũi omnes eorum more ar/ mati erant, omniumq; equorum numerus. 140.

COLLEGæ D. Marchionis.

Brzetiſllaus de Schwihaw Bohemus. equos 38.
Ioannes Moraxius. equos 30.
Laurentius Saurer Vicedñs Auſtriæ. equos 16.
Ioannes Cuſpinianus Præfectus Vienneñ. equos 8.

ILLVſtris PROSPER Colonneñ. Romanus.

Inſigniores Curiæ ſuæ.

Ioannes Vincentius Coſa præfectus Curiæ I. D. Proſ.

Iulianus de Crepanica Romanus.
Hieronymus de Lapenna
Camillus de Metallica.
D. Valenza Hispanus.
Nicolaus Vardo Cremoneñ.
Ludouicus Victorinus.
Ioannes Iacobus Varisinus.
Camillus Carracius Neapolitanus.
Steffanus Emilia.
Bartholomeus de Reda Secretarius.
Ioannes Dominicus Mediolaneñ.
Ioannes Roka.
Numerus equorum Domini Prosperi. 58.

Insigniores Curiæ Reginalis Maiestatis.

D. Spinetus.
D. Cola de Carmaniano.
Alphonsus Gwalandini de Pisis.
Alphonsus de Ericho Neapolitanus.
Ioannes Vincencius Marra. Maior domus.
Thezaurarius.
D. Baro de sancta Barbada.
D. Marrianus.
Paulus Cancellarius.
Ludouicus Secretarius.
Et reliq proceres, & officiales. omniũ equorũ nũs 92.
Sed personarum numerus 287.

INVITATI HOSPITES.

Reuerendiss. D. Hippolitus Sanctæ Romanæ ecclesiæ Tituli. s. Luciæ in Silice Diaconus Cardinalis Aestensis. habuit equos 567.
Ill. KAzimiirus Dux Teschneñ. cum Wladislao filio, equos 154.
Ambrosius Scharkani equos 119.
Hii duo Regis Hungriæ oratores erant.
Rennel quoq; post Coronationẽ nuncius a rege Hungariæ uenit, equos habuit 10.
Stanislaus Episcopus Olomuncensis, equos 88.
Ioannes Fpiscopus Wratislauiensis, equos 136.
Illust. Fridericus Dux Legniceñ, equos 180.
Ill. Georgius dux Bregeñ, equos 140.
Ill. Karolus dux Munsterbergeñ, equos 125.
Hi tres in ingressu non fuerunt.
Illustres Stanislaus & Ioannes Mazouiæ Duces cum matre & sorore, habuerunt equos 243.
Reuerendiss. dñi Card. Strigonieñ. oratoř. equos 24.
Ioan. de Schonberg orator ducis Misniæ, equos 7.
Reuerendiss. dñi Archiepiscopi Colaceñ. oratoř. post Coronationem uenit, equos habuit 24.
Allexius Thuszo Episcopi Quinq; ecclesieñ. orator. non fuit in ingressu, equos 47.
Scharkani Ianusch Epis. Vacieñ. orator, equos 24.
Dñs Leo Capitanius Bohemiæ cũ filio habuit equos 106. Venit post Coronationem.
Ladislaus de Sternberg Cancel. Boemiæ. equos 129.
Orator palatini Vallachie, equos 9.
Vdalricus Comes de Glatz & Hardeck ad ducẽ Carolum numeratus.

d4

Hieronymus Balbus orator Palatini regni Vngariæ equos 26.
Dñi. Laurecinus de Tranczin. Kozan. & N. doctor oratores D. ducis de Trantzin habuerũt equos 50.
N. orator dñi Moysi baronis Vngariæ, equos 15.
Hieronymus Hornik Capitaneus
Achacius Hanolt Consul.
Henricus Philocalos sindicus.
oratores Wratislauiensium, equos 47.
Bothian egregius Vngariæ miles, habuit equos 39.

Insigniores Regni Poloniæ.

Reuerendissimus dñs Ioannes Archiepisc. Gnesneñ. legatus natus Regni Poloniæ primas
Bernhardinus Archiepiscopus Leopolieñ.
Ioannes Conarcius Episcopus Graccouieñ. in ciuitate propter debilitatem remanserat.
Mathias Drzeuicius Epũs Wladislauiensis
Ioannes Lubranzki Epũs Posnaniensis.
Erasmus Vitellius Episcopus Plocensis.
Petrus Thomicius Episcopus Premisliensis Regni Poloniæ Vicecancellarius.
Ioannes Canopocius Episcopus Culmensis.
Ioannes Latalski, Gnesneñ, Gracco, & Lancziciñ. ecclesiarum prepositus
Ioannes Conarcius Archidiaconus Gracc.
Ioannes de karnkau Scarbimiriensis prepositus
Andreas Cricius Canonicus Gracc.
Stanislaus Tharlo Archidiaconus Lublinensis
Stanislaus Oleschnitzki Canonicus Gnesnensis

EX SECVLARI DIGNITATE.

Constantinus Dux Ostrogeñ.
Spithko de Iaraslaw Castellanus Graccouieñ. dignitate primus.
Cristoforus de Schidlowitz Palatinus Graccouieñ. R. P. Cancellarius.
Nicolaus de Lubrantz Palatinus Posnanieñ.
Ioannes Saramba Palat. Calisieñ.
Andreas de Thantzin palat. Lublineñ.
Nicolaus Piiletzki, Palatinus Belczeñ.
Lucas de Gorka Castellanus Posnanieñ, Maioris Poloniæ Capitaneus cum filio Andrea.
Nicolaus de Schidlouitz Castel. Sando. Thesaurari9
Stanislaus Ostrorog Castellanus Calisieñ.
Nicolaus Iordan, Castel. Voniceñ. Cepusieñ. Capit.
Stanislaus Halicius, Regni Poloniæ Marscalcus.
Petrus Kmiitha, Curiæ Regiæ Marscalcus.
Ioannes dominus de Tarnaw.
Nicolaus Wolski, Castellanus Sochaczouieñ.
Stanislaus Piiletzki, Capitaneus Sanoczeñ.
Multi præterea Proceres, militarisq; conditionis, Nobiles præsentes fuere. Palatini tamen Castellaniq;, & ea quæ in Russia, Podoliaq; est nobilitas his nõ interfuere nuptiis, ea potissimũ ratione, quod tunc nõ sine suspicione de Tartharorum incursione fama erat, ut igitur eorum comprimeretur licentia, domi consederunt, ne media in læticia respublica turbaretur. ORdine itaq; instructo urbem uersus, omniũ primi Regii aulici progressi. Deinde magnificorum Baronũ, Pro

cerũq; regni Poloniæ equitatus. Pone hos Episcopoꝝ.
Item regni, Boemiæ familia. Isti uero omnes an bene
pulchreq; fuerint instructi (nequid negocii mihi con/
traham) eorum qui uiderunt iudicio subiceo. Monet
tamen ueritas, ne splendorẽ hunc omnino silentio ab/
Sarmatiæ militũ splendor. ditũ transeamus. Nam si unq̃ Procerũ, militũq; copia
gemmis, margaritisq; redimita uisa est, uestibusq; au/
ro burcato & alio (istius generis) miro inmptu contex
tis decorata est conspecta. Hæc certe Sarmaciæ nobi
litas nullæ unq̃ nationi tunc inferior haberi potuit, cũ
ut scripsi decorato uestium splendore, aurearumq; ca
thenarum copia, tum etiam personarũ proceritate, &
equorũ pulcherrimorum multitudine. Quãuis etenim
Numerus regnicolarum numerum certũ habere non potui faciente locorum
angustia, facile tamen id seorsum unius cuiusq; familiã
computañ. conllegi equorum omnium regnicolarum
Poloniæ circiter sex milia in hac fuisse Coronatione.
Hos Reuerẽdissimi dñi Cardinalis Ferrarieñ. familia
sequuta est. Deinde muli Reginalis Maiestatis onusti
quinq; & uiginti deauratis cistis, qbus Reginalis sup/
pellectilis, & mundus muliebris ferebatur, de quo in/
fra scribendũ ueniet. Alii præterea portauerũt, lecti/
cã, lectũq;, aliasq; ad Thesaurũ pertineñ. necessitates.
Hos iterũ Cæsareanorũ familia. sequebatur Marchi/
onis, rubeis, Dñi de Schwihaw rubeo & uiridi mixtis,
reliq nigris uestibus indusiati, subtus germanico more
armati fuere. Pone Italici equites aliqui. Inde insignio/
res ex hospitibus, eo quidẽ ordine seruato quẽ in regio
scripturus sum conuiuio, cincti hinc inde Palatinis &
Castellanis poloniæ omniũ ultimi idest regi proximio

res, Cæsareani equitauerunt, hũc ordinem uolens ob/
misi, tum quia aliter extra urbem, aliter in urbe serua/
tus est, tũ etiam quod infra in conuiuio Regio clarius
positurus sum. Tandẽ Regia celsitudo, & clarissima
nympha illa propediẽ Regina Poloniæ futura dexte
rã occupans pulcherrimo uecta equo, simul cũ Mar/
chione KAZImiro inter sponsam Regiam, & Reue/
rendissimum Cardinalem inter medii equitabant, ita
quod Regia cel., & Catdinalis extremi, Sponsa Re/
gia & Marchio a dextris medii fuere, undiq; peditibꝰ
quorũ supra feci mentionem comitati. Postremo An/
na dux Masouiæ cum filia plaustro, nigro de super te/
cto panno, equis octo nigerrimis, uehebatur. rhede ue
ro & equorũ reliqua ornamenta ueluto nigro, argento
deaurato sumptuose decorata. Virgines & ministerii
sui puellæ duobus plaustris aliis uecte sunt. Cæterũ
quasi exercitus finem cingebant, mixti quidem, multi
Prælati, Secretarii, & nobiles. Hocq; ordine processit
Rex usq; in eum locũ ubi tormenta bellica fuerunt lo
cata. Verum anteq̃ illuc uentũ est. Venerabile Grac.
Gymnasii Collegiũ & lrarum alũni operientes, Nouã
Reginã Stanislao Biiel sacrarum literarũ dignissimo
professore, & florentiss. studii Grac. rectore, hac inser
ta oratione perorante, uenerabundi exceperunt.

NEMO est omnium Illustrissima uirgo, & Princeps
admiranda, q uerbis enarrare, uel animo cõplecti pos/ Oratio eximij doctoris Stanis. Biel.
sit, quã exuberanti hilaritate luce hodierna, summus
optimusq; Deus, hunc orbem regni Poloniæ respexe/
rit, extulerit, & in apicem eminentissime celsitudinis,
statuerit, cum te inuictissimo Principi, & Dño D. Regi

SIGISMVNDO in coniugem, omnibuſq; incolis.
Principibus, Baronibus, & uniuerſi populi magiſtrati
bus in Reginam & Dominã delegerit, & mirifico pro
uidentiæ ſuæ dono, ueluti alteram Heſter regi Aſſue/
ro præordinauerit. Te inquã clariſſima Regum & Du
cum exortam progeniæ, te diuinis præditam uirtuti/
bus, teq; adornatã elegantiſſimis moribus, ac flore om
nis decentiæ refulgentem, quo cũ ubiq; terrarum fue/
ris celebrata illuſtriſſima. Ad decorandũ & amplifi/
candũ tandem regnum Poloniæ a ſæculis inclytũ, diui
nitus es præſignata, & ĩter milia illuſtriſſimaꝝ uiragi/
num prædeſtinata. In tua eapropter admiratiõe om
nis Sereniſs. dñi noſtri Regis SIGISMVNDI nobi
litas, & plebs uniuerſa, exultat, geſtit, iucundatur, &
iubilat, ardentius tamen, & obſeruantius is cœtus, &
hæc ſtudioſa caterua Gymnaſii noſtri literarii, quæ
cernua & deuota ſeſe coram ſtatuit, ad excipiendum,
ac uenerandum tuam florentiſſimã maieſtatem, quæ
& tanto maiori gratulatur, & exultat gaudio, quanto
ſibi maiora præſagit, polliceturq; futura commoda,
ex tuæ maieſtatis gratia, fauore & clementia. quæ ſi/
mul cõmendata tuæ florentiſſ. maieſs. & per te ſemp
cõmendari cupiens, Sereniſs. & inuictiſs. Dño noſtro
Regi, orabit, & uſq;, ac indefeſſe depræcabitur ĩmor/
talem Deum, ut inprimis hæc feliciſſima efficiat cõnu
bia, quibus hoc regnũ, hæc dulcis patria, clariſſimos
uideri poſſit, & habere hæredes, qui paternas, & tuas
eximias imitati uirtutes, ipſam amplificare, guberna/
re, & regimine fauſtiſſimo, in pace & tranquillitate, ac
gloria multa conſeruare queant, ad laudem & honorẽ

nominis diuini, omnis poſteritatis immortalitatem,
ſupernamq; ac interminabilem felicitatem.
Facta oratione ad tormenta uentũ eſt, quæ tunc adhi/
bito igne ſuccenſa atq; emiſſa ſunt. Lento dehinc gra/
du incedentes ad ſuburbii hoſtium, egregii milites duo
claris nati familiis Thentzintzki alter, alter Iaroſlawſ
ki haſtiludio inſtructi, ad quos cum uentũ eſt, mox illi
deflexis haſtis alius aliũ ueloci equorũ curſu impeci/
ere, recteq; alter alterius feriens ſcutũ in terram præ/
cipites corruere uterq;. Quo etiã facto ex eo tandem
loco per ſuburbium, perq; urbem ipſam, recta uia ad
arcem inter pedites armaros (qui Senatus iuſſu nu/
mero tria milia, uel pauloplus a portis ad arcem ordi/ Gracco. pe/
nati fuerant) peruentum. Verum ſplendidiſſimus hic dites. 3000.
ingreſſus non nihil mihi perdere uiſus eſt, eo quod ſol
radios ſuos iam anteq̃ ad arcem uentũ eſt, retraxerat.
Vtrinq; enim uiſu dignum nõ deerat, cũ externi, uel a
precioſiſſimo habitu, uel pro more æquitatus admirã
di, urbis etiã incole, qui nullas prætermiſerant ædes,
quas non tapetis extenſis, pulcherrimis atq; honeſtiſ/
ſimis uirginibus & mulieribus decoriter ueſtitis deſu/
per innitẽtibus decorauerãt contemplandi. Auſim eni
hoc loco proprium ſequens iudicium, aſſerere. Grac/
couieñ. Venerem, nullæ unq̃ nationi, forma atq; mori
bus, e ſedibus cædere. Per longum itaq; urbis ſpacium
quo tamen ne quaquã hæc multitudo cõtineri potuit,
ad arcẽ Regiam, mediis equitibus peditibuſq; ad dex/
tram ſiniſtramq; locatis uentũ eſt. Templumq; ingreſ
ſi, Deo immortali, diuiſq; STANIſlao & FLOriano
Penatibus dixerunt orationes. Eo in loco Reueren/

dissimus Ioãnes Conarcius Graccouieñ. Præsul uerus religionis cultor, literarũq; alumnis unicus patronus, quem debilitate confectum supra memini, pastoris agens officium, hoc in templo suo, Regiã sponsam excepit, Reuerendiss. Premislieñ. Præsul illi assistens, orationem habuit iucundã, quam hisce quoq; adscriptam esse uolui.

Orõ Reuerẽdiss. D. Epĩ Premislieñ. NON ab re uiri sapientes usurpare consueuerunt, Sereniss., & excellentiss. Virgo, idem esse Reges, principesq;, regnis, & dominiis suis, quod solẽ mundo, & rebus uniuersis. Quippe inter alia cõmoda, & incõmoda utrinq; simili rõe proueniẽtia, quẽadmodũ serenato Sole, cuncta ridere, florere, & lætari solent, obscurato uero, uel defectiõe aliqua subtracto, squallẽt uicissim, & horrent omnia. Sic ad uultum, & successus Principum, regna, principatus, & populi uniuersi, læticia, uel mœrore affici consueuerunt. Atq; hæc cum longo usu, & manifestis exemplis satis constant, & apparẽt, tum nos hoc toto tempore liquido, & abunde cognouimus, didicimusq; nihil adeo publicis uotis optandũ, nihil æquæ gratulatione dignum, q̃ optimi principis successus. Nam cum Deo imortali, qui humanas res multifariam uersare, & uitam nostrã nunc lætis mulcere, nunc tristibus affligere solet, placuit Inuictissimo principi nostro, inter tot insignes, & memorabiles triumphos, gaudiaq;, & dona multiplicia, non nihil etiã aduersi, & tristiciæ admiscere. ac primum illum coniuge concordissima, deinde inclyto fratre, & sorore charissima orbare, & ingenti luctu afficere uisum fuit, incredibili dictu est, q̃ exemplo principis sui, tota hæc

regni, & dominiorũ eius facies fuerit immutata, q̃tus ubiq; squallor, & tristicies inualuerat, adeo ut nihil cõmuni omnium desiderio magis expetitum, & precatũ fuerit, quã ut diuina illius clementia, has rursum nubes discutere, & quod præcipuum, communem utilitatem pertinebat, iacturam ammissæ reginæ rependere dignaretur. Ac audiuit tandem, pientissimus pater, preces, & uota populi sui, affulsitq; nobis hodie, constitutis hactenus in tenebris, & in umbra luctus, tanq̃ lucidissimus Sol, oriens ex alto, quæq; eius est benignitas, magnum quoddam fœnus gaudii, & bonorum omnium, nobis adiecisse uidetur, cũ te talem Regi nostro clementissimo coniugem, nobis autẽ heram, & patronam dedit, qua nulla ad decus, ad splendorẽ, ad uotum, nõ inueniri solum, sed ne optari quidem, & concipi in animo possit, dignior, & luculentior. Siue enim formæ tuæ dignitatem contemplamur, ea equidẽ Nymphæ alicui potius, q̃ mortali similis uidetur, seu dotes animi, hæ quoq; omnium illarum heroinarum decantatas laudes, facile exuperãt, quas ut fama prius accepimus, ita in præsentiarum, ex tam egregio animi simulachro, & ipso etiam nomine tuo, esse metimur, & suspicimus. Merito itaq; te hoc auspicatissimo die, urbem hanc Regiam intrãtem, Serenissimus imprimis dominus noster Rex, obuiis manibus, & gestienti animo, demum Principes, Pontifices, Proceres, omniumq; hominum ordo, ac postremo (ut mos est) Reuerendiss. iste Præsul Graccouieñ. cum prælatis, & clero suo uniuerso, omni qua possunt læticia, & honore, salutant, excipiunt, & admirantur. nemoq; est, a

ſummis,ad infimos,qui dudũ expectato, & deſidera/
tiſſimo aduentu tuo, non magnopere gaudeat, & ex/
lutet,qui cum principi,& reipublicæ ſuæ,tum iſti me/
ritiſſimæ,ad culmen Regium,prouectioni tuæ,uel re.
ſtitutioni potius,toto animo non gratuletur.Sed tan/
tum tuum decus,ſplendorem,feſtiuitatem,amplitu/
dinem,noſtrum item omnium gaudium, læticiam,feli
citatem,& ſpem ampliſſimam, neqꝫ ulla oratio cõple
cti poteſt, nec anguſtia temporis loqui prolixius per/
mittit. Et proinde quod reliquum eſt, rogamus te in/
clyta,& clariſſima princeps, ut cum te deus optimus
maximus,nobis heram,& patronam ſtatuit,digneris,
more priorum reginarum,eccleſiam hanc,ſanctorum
reliquiis,ſuppellectili,& cultu diuino,nulli ſecundam
domumqꝫ regum & reginarum perpetuam, ac ipſum
eius Reuerendiſs.Antiſtitem,noſqꝫ omnes gratia,pa/
trocinio,& beneficentia tua complecti,qui pro feliciſ/
ſimo tuo aduentu,cõtinuas ad Deum preces fudimus
& deinceps pro fauſto,ac diutiſſimo tuo,cũ Sereniſs.
coniugis tui,regno, proqꝫ ea prole,quã tot regna, tot
populi,ſummo deſiderio expectant,precari nunq̃ de/
ſiſtemus.
DICTA oratione, hymnoqꝫ ĩmortali Deo lætiſſimis
uocibus cantato,& ſanctorꝫ oſſibus deoſculatis,tẽplo
relicto,in arcem & aulam ſummo ſtudio,noue paratã
Reginæ uenerunt.Sponſa Regia ab omnibus in eum
locũ comitata eſt.Dimiſſi tandẽ Principes,oratoreſqꝫ
hoſpiciis ſuis ſunt recepti. Quem aũt arcem egredien̄
ſeruauere ordinem, uidere non potui,nam iudiciũ,no/
ctis crepuſculum interceperat. Acceptis itaqꝫ hoſpiti

busin ſingula hoſpitia,ſingulis dati ſũt diſpẽſatores,q
cũctas adminiſtrarẽt ex regiis prouiſionibus neceſſita
tes.Cuiusunicus & generalis gubernator erat, Ioãnes Ioannes Bo
Boner Burgrabius Grac.& Salinarum præfectus, de ner.
cuius induſtria, ac in rebus agendis dexteritate,incre/
dibiliqꝫ labore hoc in loco non immerito aliquid mihi
recenſendum fore arbitrarem, niſi me honeſte(quod
illi decennio famulatu fuerim addictus) continerem,
illius tamen in me tanq̃ pientiſſimi parẽtis gratia mo
net alibi eius cum ueritate extollere laudem,huic præ/
terea in omni officio laborũ unus adfui ſollicitator,hic
Regio iuſſu omnibus omnia diſtribuit. Suntqꝫ co/
quinariæ officinæ pro hoſpitibus facte in triginta uno
locis,dateqꝫ ſunt diſpenſatoribus pecuniæ in rerũ mi/
nutarum neceſſitates.Species uero aromaticæ omnis
generis & reliquũ id genus.Vina præterea,& auena,
fenum,ſtramina, Salinarũ præfectus ordinatis ex of/
ficinis copioſe admiſtrauit, optimoqꝫ ordine diſtribu/
it.Coquinarum uero neceſſitates, carnes,oua,lactici/
nia,panes,ligna.Cotezcius Regius diſpenſator, admi
niſtrauit, hoc ordine ſeruato, omnibus cũ copioſe,tũ
ordinate eſt prouiſum. Deinde 17. aprilis,Illu. duces
Fredericus Legniceñ.Georgius Bregeñ.Carolus mõ/
ſterbergenſis,ſociatis oratoribus Wratiſlauieñ. uene
runt.Eoqꝫ die Cæſarei oratores auditi ſũt.Ioanne Cuſ
piniano perorante, qui maximũ Cæſs.cel. in Regem
animũ ſingulari ſermonis cultu indicauit,eã ergo ora/
tionem ex nullo niſi propriæ negligentiæ defectu non
obtinui,quia tamẽ illum uirũ doctiſſimũ,atqꝫ ſolicitũ
ſcio,minus dolendũ uenit,dabit eni & eandem reliqqꝫ

forte in lucem, quom enim ipſe, iſtorũ principũ recon/
ciliationis primus fuerat auctor, non immerito ſe ipſũ
hæcq; egregia facta poſterũ memoriæ commẽdabit.
Eo præterea die Venerabile Graccoui. Gymnaſium,
R.uerendiſs. Cardinalẽ Eſteñ. hac quoq; inſcripta ora
tione per eximiũ doctorem Biiel excepit.

Oratio. CVM primũ rumor, tandemq; fama certior ampliſs.
Præſul, princeps & D. dñe ſummo Cardinalatus mu/
nere inſignite, increbruit. de tuo felici, & cupide expe
pectato acceſſu, in hanc urbem regiam, & gymnaſio
literario florentiſſimã, flagranti animo cœpi ipſe me/
cum repetere, quibus nam uerbis, quaue dicendi ſerie,
te tantum principem, & dñm, pro noſtra ueteri cõſue/
tudine, excipere, uenerari, felicitati, & tuæ celſitudinis
gloriæ officioſius cõgratulari poſſem, non quidẽ auſu
impudenti, nec quouis arrogantiæ ſupercilio, uerũ offi
cii mihi iniuncti, per eos quorum auctoritas nõ uulga
ris eſt, onere impulſus, ubi & me beatum fore exiſtima
bam, dum tuo conſpectu, & uultu conſolatorio pfru/
erer, quem nunc gaudio magno, & læticia ingenti con
ſpicio, laudaturus, tot dotes naturæ, tot glorioſos titu
los, & cariſmatum dona, quibus tuã ampliſs. paterni/
tatem, pater luminũ cœleſtium adornauit, & dotauit
adeo, ut ſimul Romanæ ſedis, & inclyti regni panno/
niæ ſydus ſis fulgentiſſimũ, quo & nos irradiati, & ani
mati, in hoc orbe dulcis patriæ, te iucundiores excipi/
mus, ſalutamus, & ueneramur, cõgratulamurq; ſoſpi
tati, & optime ualitudini gloriæ, & tãte tuæ maieſtati
quã repræſentas. Ac ſimul imagine cõſpicua exhibes
Apoſtolicã & paſtoralem eminentẽ celſitudinem, qua

ueluti lucerna candens ſuper candelabrũ eccleſiæ fide
delium poſitus, illuminas cunctos, qui Petrum Chriſti
ſucceſſorem, & Romanum ſummũ pontificem, locũ
eius tenentẽ, caput, magiſtrum & ducem uniuerſalis
eccleſiæ recognoſcunt, qui norunt & confitentur mili/
tantem eccleſiam, ad triumphantis exemplar, uni ſub
ditam terreſtri principi, gubernatori, & rectori, & ut
in illa, ipſe unus creator omniũ Deus ſceptrũ tenet, &
ſummi imperii faſtigium. Ita & in hac, uni ſummo Ro
mano pontifici, totius orbis imperium delegatũ eſſe,
quem conſtituit ſuper gentes, & regna, ut euellat, diſſi
pet, & plantet, & ſedens ſuper ſolio Dauid, cõfirmet,
& corroboret in iudicio uſq; in ſempiternũ. Ipſe quidẽ
plenitudine poteſtatis, Cæteri uero in partẽ ſolicitudi/
nis, & curæ paſtoralis uocati, poteſtate delegata, gre/
ge dominico præſideant, ſuæq; & aliorũ ſaluti (uineã
domini dei Sabaoth plantantes) intendant. Prout in/
tendete pie creditur tua ampliſs. paternitas, nomẽ pa
ſtoris cum re tenens, ubi multorũ ſaluti, & toti Chriſti
anæ reipu. conſulit & prouidet, corda fidelium doctri/
næ, & uitæ exemplo purificãs, fidemq; katholicã per
uniuerſum orbẽ ſtabiliens, & ſeſe in multis operibus,
pietatis & clementiæ, largitatis & beneficentiæ exer/
cens, releuans præcipue hos, in quibus aliquod probi/
tatis ac uirtutis indicium perſpectum clareſcit, & qui
indefeſſo ſtudio literis indulgent, quales ſunt hii clariſ
ſimi uiri gymnaſii noſtri literarii, merito tuæ ampliſſi/
me paternitati cõmendandi, ut tandẽ ſereniſs. domino
Regi noſtro comendẽtur, per tuã paternitatẽ, q indu/
bie, audiet & exaudiet tuã paternitatẽ reuerẽdiſſimã.

Gymnasiiq; nostri immunitates & libertates amplia/
bit, & priuilegia concessa manutenebit & cõseruabit,
in laudem, decus, & ornamentũ regni huius inclyti, se/
disq; Apostolicæ non mediocre fulcimentũ, honorem
diuinum, & nostrã unicã ac desideranter expectatam
consolationem.

Excepto hac oratione R. dño Cardinali gymnasii cla/
rissimi, Rector, simul & literarũ milites ad Ill. dominũ
Prosperum Colonneñ accesserũt, atq; ill, suã hac oróe
quã æquæ prætermittere nolui, excellentiss. Stanisla/
us Biel diuinarum scripturarum doctor, excepit.

Oratio. ILLVSRIS ac magnanime princeps & dñe, Dñe ui/
ceregio titulo regni Neapuliæ insignissime. Mos fuit
uetustus, & per antistites gymnasii nostri literarii sem
per obseruatus, ut singulos etiã uiros, splendore uirtu
tis & honoris sublimitate præstantes, suis in personis
reuerenter exciperent, salutarent, & uenerarẽtur, con/
gratulationẽ debitam impendentes, quo & nos instru
cti coram positi, & in hoc numero collecti, simile uene
rationis munus afferre, & officium sincerissime cõgra
tulationis tuæ celsitudini impẽdere decreuimus, deuo
te flagitantes, uelit id non aspernari, uerum animo be/
neuolenti acceptare, exiguum orationis genus, fauenti
bus auris admittere. Quo iam iamq; cõgratulamur,
tuæ celsitudine & præstantiæ, te hospitem nouũ, cupi
de & flagranter expectatum salutantes, omniũq; cum
alacritate ac multa iucunditate excipientes ac uenerã
tes, laudes simul deo immortali summo & optimo red
dentes, qui tam illustris uiri animũ inflexit, & cor uere
Regium in nostræ reipublicæ fauorem & amicitiam

conuertit, qui suæ patriæ litus amœnum relinquens, in
has oras ultromontanas, graui & arduo itinere sese de
fatigare minime renuit: qui ill. dñam, & iã Reginam
præelectam, fideli & obsequioso comitatu inuictiss.
principi & dño Regi nostro SIGISMVNDO ma/
gno cum honore in fœdus cõiugii sociare dignatus est,
uirtutis & magnanimitatis opus laudatissimũ obeun/
do, sibiq; & toti posterirati suæ, nomẽ immortalis glo/
riæ uẽdicando. Quod & si tua celsitudo, splendore al/
ti generis & prosapie assecuta fuerit, & natiua origine
obtinuerit. Nnuc tamẽ illud ampliatũ, & nitore nouo
irradiatum ambigit nemo, cum per tot terrarũ & ma
ris tractus, tot fortitudinis & admirande serenitatis
præclarissimos actus in nostræ reipublicæ, laudẽ, de/
cus, & ornamentũ prosecutus sis, quos ne in grata uo/
luntate silentio trãsire uideatur. Tuæ cel. & amplis.
gloriæ milies repetitas agit & reddit gratias, tibi sese
totam tradendo, cõmendando, & deuouendo, tanq̃ be
neuolentissimo fautori & domino. Quam oramus suis
in uniuersis ordinibus, fauenti pectore (uti cœpit) cõ/
plecti uelit. Etiam & nostrum Gymnasium literariũ,
quod nomen tuum perhennare studebit, ob tam singu
lare officium, quo huic patriæ sydus nouum intulisti.
Viue igitur re & nomine Prosper, felix, gloriosus, in to
to orbe terrarum nominatus, & refulgidus, repẽdatq;
tuæ cels. condignam gratiã, qui te prospero itinere ad
nos perduxit, & reducat in litus patrium incolumem.
Et tandẽ post longiorẽ huius uitæ incolatum, p̄ducat
in suæ uisionis gloriam, & prosperitatẽ æternã.
Crastino uero 18. eius mensis, quom Sol pulcherrimo

mũdũ illuxiſſet oculo, Miſſis regni proceribus hono/
rifice, principes, oratoreſq; uocati ad Regem in arcẽ
uenerunt, Regia ordinata proceſſio, quæ non omnino
debito ordine propter loci anguſtiam ſeruata eſt. Inci/
piẽdo tamẽ a ſchalis ſeu gradibus arcis nouæ, aduſq;
templi hoſtium, terra rubeo panno conſtrata fuit, quo
præcedentes ſequẽteſq; Regem incedebant. Verũ qa
recedente Rege omnibus arripiendi daretur licentia,
uulgi tumultus inualuit, quem nec etiã Tartari ferro
uincti, his rebus adhibiti, reprimere potuerunt, quom
enĩ principis Maieſtas præteriiſſet, atq; illi inconſulte
uerbera diſtribuere, lapidib9 uiciſſim a pueris, in illos
animaduorſum eſt, hac cauſa factum ut in templi exi
tu pannus nõ ſit in terram ſtratus. In templo uero ma
xima uentũ eſt anguſtia. Medio aũt chori ante altaris
faciem, ſellæ (in loco ad id paulo terra altiori parato)
poſite, ſtratus erat hic locus ueluto rubeo auro cõtex/
to. Scabellum uero quo Regi Reginæq; flectẽtes in/
nitebant, erat eius generis ueluto aureo uirido cooper/
tum, ſedes præterea a tergo poſite, ueluto rubeo argẽ
toq; deaurato, & ſumptuoſe & artificio ſingulari ador
nate, in quorũ globulis hæc uerba ſculpta habentur.
Diuo SIGISMVNDO Sarmatiæ Regi Magno du
ci Lithuaniæ honor, uirtus, gloria, paxq; ſperata fortu
na. Cæterum puluinaria auro purcato ritzo deſuper,
ſimiliter in planũ iniecta erãt. Sponſa regia Marchio
ne & PROSpero Ducibus, poſt Regem corona ſua
incedentem, ducta eſt. Veſte ex raſo turcini coloris au
ro bracteato deſuper fixo, miro artificio & ſumptu la
borata, amicta, de qua infra dicendũ ueniet. Regiam

celſitudinem, Palatinus Graccouieñ. ſceptrum, & Pa
latinus Poſnanienſis pomum ferentes. præcedebant.
Aſcenſis itaq; Rege, Sponſaq; in hunc locum. Princi
pes, et oratores ꝓ dignitate quoq; ſũt locati. A dextris
omniũ prior Cæſareũ, Marchio occupauit locũ, colle
gæ quattuor deinde, pone treis Sileſiæ duces, alii poſt
hos pro conditione. A ſiniſtris nero KAZimirus dux
Teſchneñ. Ambroſius Sharkani, LVDOuici regis
Hũgariæ oratores. pone Proſper Colonneñ. Anna ui
dua dux Mazouiæ. cũ filia, Olomunceñ, & Wratiſla
uieñ. Epiſcopi, poſt hos alii iterum pro dignitate ſedi/
lia chori occupauerunt. Ad ſacra aũt Reuerendiſſimi
Archiepiſcopi, & Epiſcopi, regni Poloniæ ſe accinxe/
rant habitu pontificali induſiati uenerunt. Conſecrati
onis munus Archiepiſcopus Gneſneñ. Gracco. & Poſ
nanieñ. epiſcopi de more exequuti. Ceremoniarũ uero
magiſtratum Petrus Thomicius Premiſlieñ. præſul
geſſit. Reliquis ordinibus inſtituendis, Magnifici Io/
annes de Saremba palatinus Caliſieñ. Lucas de Gor/
ka caſtellanus Poſnanieñ. & regni, curiæq; regiæ Ma/
ſcalci præfuerũt. Sicq; ſingulis ordinatis Archiepiſco
pus Gneſneñ. ſacrũ incepit officiũ, quo de more poſt
Epiſtolam (ut uocant) uſq; peracto, Regia cel. & Re/
gina mox futura, ad benedictionem uocati, uenerunt.
In facie eccleſiæ de contractus conſenſu rogati, uolun/
tatibus præſẽtibus pactis in abſẽtia rebus annuerũt,
legittime factis dictiſq;, de more omnibus, benedictis
& datis annulis, æterno uinculo ligati, eccleſiæ uerbis
matrimonii fœdus iurarunt, Quo facto Regia cel. in
locum reuerſa, Tandẽ Sponſa regia flectens, a conſe/

cratoribus memoratis cõmuni lectione consecrata unctionẽ uirtutis, Regniq; coronã accepit, dato sceptro & pomo, Poloniæ Regina salutata est. Inq; locũ suum Marchione & Prospero ducibus, ipsa sceptrum pomumq; gestiens coronata incessit, quomq; paululũ ita teneret, sceptrum Palatinus Posnanieñ. & pomũ Palatinus Graccouieñ. receperunt, mutãt enim dignitatis locũ alternatim. Reliquo aũt de more peracto officio in eum locum quo Christi corpus sumptũ est, Regina tum altaria accedens, eucharistiæ sacramentum, non sine summa ueneratione suscepit, ut integre quod Deus inceperat per gratiã, essenciali substantia quoq; corporaliter præsens confirmaret. Reuersa Regina, officioq; peracto benedictionem Archipræsul dedit, pathenamq;(ut uocãt) Regi Reginæq; deosculandã detulit. Regia deide celsitudo ex Italicis nobilibus aliquot creauit milites, similiter ex nostris(non tamẽ nisi ætate pueros) nonnullos insigniuit. His ceremoniis rite peractis in arcem Regiam redierunt. Deinde mutatis dumtaxat uestibus, ad Regium celebre cõuiuium consederunt, in æstuarium post gradus primos, quod ueluto auro burcato magno sumptu undiq; noningentis ulnis(ut nostro dicam more) decoratũ erat. in eius ingressu Abacus(quem credentiam seu argentariam appellant) multis aureis atgenteisq; innumeris uasis poculisq; uarii generis micãti splẽdore, miro artificio ac inæstimabili sumptu decoratus erat, quorum & si numerus ab his qui in conuiuio fuere haberi non potuit, cum præ uasorum uarietate, tũ quod locus æstuarii singula in conspectũ eleuari non passus est, sintq; in

Abacus Regius.

plano, multa locata, mihi tamen(cui harum rerũ maior, certiorq; fuit cognitio) facilius id rescire licuit, uix aũt crediderim unq̃ in hominum memoria Regẽ terrarũ orbis, in conuiuio tot habuisse omnis generis uasa preciosa, qualia hic erant, ultra mille trecenta, his tamẽ demptis, q̃bus in mensis atq; coquinariis officinis utebãtur. Vnius etiã hic lapidis Saphiri tacere pu deret, q auro ligatus in pedesuffultus altius ita clarus, mũdusq;, ut nullã perpetue trahat maculã, habeatq; sex uncias ponderis, nusq̃ ea quantitate forte uisus. Hoc in æstuario, tabula oblonga seu mensa per transuersum posita, q̃drangule a dextris due, a sinistris una dumtaxat ubi conuiue sedebant, ita quod Regius abacus singulis in conspectu fuerãt, paucissimis demptis, qui ad Regiã mensam e regione Regis discumbebant hocq; ordine singuli Principes, oratoresq; sunt locati.

CONVIVIVM REGIVM.

Conuiuium Regium.

In medio tabulæ Regia Cel. Corona aurea sedebat.

Ad Dextram Regis.

KAZIMIRVS Marchio Brandenburgensis.
Brzetislaus de Schwihaw. Ioannes Moraxius.
Laurentius Sauer Vicedominus Austriæ.
Ioannes Cuspinianus doct. & urbis Vienneñ. præfect.
Fredericus Dux Legniceñ. Georgius dux Bregeñ.
Carolus dux Monsterbergeñ.

E regione horum.

Dñs de Sternberg Cancellarius Boemiæ.

Dn̄s Palat. Poſnanien̄. Dn̄s Criſtoforus Pala. Grac.
Dn̄s Hiilintza Capitaneus Brzecen̄. Lithuanus.
Iulianus de Crepanica Romanus.

A Siniſtris Regie cel.

Illuſt. Dn̄a BONA Regina Poloniæ in corona ſua.
Kazimirus dux Theſchnen̄.
Ambroſius Scharkani. orator regis Hungariæ.
Dn̄s Proſper Colonnen̄. Romanus.
Anna Dux Mazouiæ uidua, cum Anna filia. uirgine.
Staniſlaus epūs Olomucen̄. Ioannes epūs Wratiſla.
Ioānes de Schonberg orat. dn̄i ducis Georgii Miſnen̄

E regione horum.

Staniſlaus dux Mazouiæ natu maior.
Conſtantinus Dux Oſtrogen̄. Rutenus.
Wladiſlaus dux Teſchnen̄ iunior.
Ioannes dux Mazouiæ iunior. Bertholdus Comes de Hennenberg. Vdalricus Comes de Glatz, & Hardek. Hi omnes in Regia menſa conuiue fuere.

❡ APVD primam uero menſam quæ a Regie menſe dextra erat ſedebant. In medio Reueredïſs. Archiepiſcopus Gneſnen̄. Archiepūs Leopolien̄. Plocen̄. Poſnanien̄. Epiſcopi. ❡ ad ſiniſtrā, Magnificus Spithko de Ieroſlau Caſtella. Graccouien̄. Reuerendiſs. Wladiſlauien̄. Premiſlien̄. & Colmen̄ epiſcopi.

❡ AD ſecundam uero menſam a dextris Regis conſedebant, Oratores. reuerendiſs. epiſcopi Vacien̄. Dn̄i Moyſi Hungari, Eberhardus Ferber conſul Gdanen̄. Hieronymus Hornig Capitaneus. Achacius Hanolt Cōſul. & Henricus Philocalos ſindicus Wratiſlauien̄

❡ AD unicam uero menſam, quæ a ſiniſtris Regie erat ſederunt, reuerendiſs. dn̄i Cardinalis Strigonien̄. oratores, Alexius Thurſo. reueredïſs. Quinq; eccleſien̄. orator. Hieronymus Balbus palatini regni hungariæ orator. Et tres oratores dn̄æ ducis de Trentʒino. Hic uero ſeruatus eſt ordo in Regio conuiuio, cui præfuerunt Magnifici Ioannes Saremba Palatin̄. Calisien̄. Lucas de Gorka Caſtellan̄ Poſnanien̄. & Marſcalci, regni regiæq; curiæ. Verum, de ferculorum copia, coquinarioq; artificio, nihil inſerere placuit, ne forte iis qui non uiderunt, metam excedere uiderer, illos uero qui tunc præſentes fuere tedio afficerē. Non enī facile crediderim aliquem addubitare poſſe, huic Regio conuiuio, quo minus ſplendidum delicatūq; eſſet, quitq̄ defuiſſe. Finito tādem Prandio, quod in quintā horam durauit, leuatis dapibus, poculiſq;, & id genus ſurrexerunt ii qui munera attulerunt, quibus ordinatis, omniū primus Brandenburgenſis Marchio intrauit, Cæſareæq; cel. nomine, ſereniſs. Reginæ Poloniæ Saphyrum in aurea cathena pendulum, pauco auro ligatum, ſed profecto æſtimande quantitatis, & precii non uulgaris, donauit. Verba huius muneris Cuſpinianus urbis Viennen̄ præfectus, Ill. dn̄i Marchionis collega dixit. Deinde Ill. Marchio ſuo ipſius nomine Monile aureum lapidibus redimitum donauit. Poſtea Regis Hungariæ oratores, munera ſua dederunt, 24. argentea uaſa & pocula, medietatē alteram Regiæ cel. aliam uero medietatem Reginali Maie. donauerunt. Iſtos ſecuti ſunt, reuerendiſs. Cardinalis Strigonien̄.

26

oratores, Quinq; eccleſieñ. Vacieñ epiſcoporũ orato
res. III. dñæ ducis de Trentʒin. Palatini regni Hunga/
riæ, dñi Moyſi. Graccouieñ Senatus. Gdaneñ. Wra/
tiſlauienſiũq; oratores. Omnes iſti Munera Regi Re
ginæq; dederunt, uaſa, poculaq; argentea. & ſumptu
& artificio digna. Singuli etiam quom munera offere/
bãt, pauculis uerbis Regi, ac Reginæ congratulãtes,
comendatiõe facta, in ſua rediere loca. Datis itaq; mu
neribus, Soleq; ſe flectente, hoſpites ſunt dimiſſi, eo
nanq; die a choreis ducendis, propter ſacram Reginæ
unctionem ſtudioſe abſtinuerũt. Poſtero uero die 19.
Aprilis facto prandio in aula ſecunda, quæ quam re/
gia & ſplendida ſit, quia omnibus intrandi (præſertim
hoſpitibus) data eſt licentia facile cognoſci potuit. Et

Arcis ædifi/cia.

quoniã hic me locus admonet, ædificiorũ, ſilentio præ
terire minime liceret, tãti Regis induſtriam, q̃ui uel in
hoc omniũ maiorum ſuoꝝ ſuperauit famam. Nam &
ſi per hos annos undecim, quibus feliciter regni Polo/
uiæ ſceptra tenuit, grauiſſimis ſemper bellis ſit fatiga
tus, nunq̃ tamen eius celſi, animus defuit, quin cuperet
reipublicæ benefacere, ac ea ipſa beneficia perpetue
tradere memoriæ. Arcem igitur hãc, nouis cœpit ædi
ficiis decorare, per decenniũ integrum incredibili ſum/
ptu. Duo palacia ex fundamentis extruxit, ſingulari
& propria induſtria, ut neſcias, an plus Regiã magnifi
centiam in artifice, an attificioſum ingenium in Rege
mirari debeas, ſubtus namq; terram, cellas Vinarias
locauit, deĩde in plano, teſtudines, quos Itali uoltas ap
pellant poſuit, uariis officiis rectiſſime accomodatas,
præſertim ubi Regius ſeruatur theſaurus illiuſq; ſunt

locati cuſtodes. Penes has Magno procuratori Grac.
qui Regiæ mẽſæ prediis præeſt. hæc ad faciẽ pulchro
ex altis columnis lapideis cinguntur uoltato ambitu,
ex quo per primos gradus itur in aulam, ex ea uero in
æſtuarium, in quo Regium erat cõuiuium (& ad alias
habitationes) præterea in ambitum ſecundũ, deinde
poſt ſecundos a terra gradus Regia domus atq; Regi
nale palacium, manſiones ſeptem, ſingulæ ſpeciali for
ma, Italico more roſis deauratis undiq; deſuper ſpar/
ſis decorate. Terciuſq; ambitus eſt columnis altis ele
uatiſq; munitus aureis quoq; roſis decoratus, ita am/
be domus medietatem arcis habent, ſimul cũ coquina
riis officinis, quæ ſingulari induſtria ex fundamentis
quoq; erecta, omniaq; feliciter Regia cel. imperante
hoc ordine ſunt extructa, nec iam deeſt omniũ rerum
copia ad reliquas duas partes perficiendas, ut in qua/
drangularem formam totam redigere poſſit arcẽ, quo
opere completo, ingenue affirmare auſim, nuſq̃ Regi
am ſtructurã huic eſſe ſimilem. Sed iam ad conuiuiũ
redeundũ eſt, in aulam ſcilicet ſecundam, ideſt quartũ
ex fundamentis locum, ubi Regia cel. cum Regina &
Principibus iam conuenerant, hac in aula choreæ du/
cte. In primis per Reginalem maieſtatẽ & nobilẽ pu/
ellulam more ſuo Italico. Deinde Kazimirus marchio
et Anna uirgo dux Maſouiæ, Brzetiſla9 de ſchwihaw
& uicedñs Auſtriæ duxerunt germanico & noſtro mo
re. poſt hos Sileſiæ & Maſouiæ duces, aliiq; pro digni
tate. ſicq; replicatis & alternatis uicibus, nunc Italico,
nunc noſtro more choreæ ducte dies abſumptus eſt.
Iamq; hora aduenerat qua Regina uirgo clariſſima ac

Ill. Regiis thalamis adducenda erat, tum Marescalci & harum rerũ præfecti, remouerunt eos qui ad cubile regium obstabant. Mox Regia cel. præcedentibus & sequentibus principibus incedebat, cuius cel. Regina Marchione & Prospero Illu. ducibus comitata, secuta est. Postremo sunt uocati Italici nobiles, & Germani hospites, & ad Regium cubile ducti, ubi quom uentũ esset, nõ parua cœpit omnis admiratio. Nam præter id quod delicatissime extructũ esset, aureisq; rosis de/super tectum, pictorum artificio undiq; decoratũ, Vl/tro etiã ueluto, auro burcato riczo (optime iũctis colo ribus singulariter regia industria parietibus iuncto, ne digito quidem locus esset uacuus, plus mille quadrin gentis ulnis (ut appellamus) splendore excellenti ti affixum erat, eo quoq; ordine æstuarium Reginalis maiest. instructum fuit. Terra uero seu pauimentum lapide griseo admodum plano factum, ne tamẽ excita ti pulueres, aliquid turbationis adferrent, terra pan/no rubeo undiq; strata fuit. Tũ Rex dexterã occupãs Regio splendore lecto insedit parato, ad cuius sinistrã Regina consedit. Cæterum, scamnis positis, Principes quoq; circũsederunt. Portate sũt deinde, uarii generis confectiões, omnisq; generis uina, qbus sumptis, atq; paucis hinc inde incidenter factis, ad læticiã pertinen tibus uerbis, aliquantulumq; saciati maiestatis huius splendore, domũ sunt omnes dimissi. Postero uero die 20. Aprilis, quom Solis iubar emicuisset, & astra & ui rentia queq; uisa sunt faustis. |cõgratulari mrimonio. Rexq; iã uocatis his q e secretioribus sunt statuisset, charissimã| hanc nouã coniugẽ, de more donare. hæc

quæ annotãui per Magnif. Nicolaum de Schidlouitz Regni Poloniæ thesaurarium munera summisit.

Torques Prima.

Vigintiquinq; Adamantibus magnis acutis mũdissi/misq;, & duodecim rotundis Rubinis, Margaritisq; magnis nonaginta sex. Saphirum infra pendulũ in au ro ligatũ magnum, unoq; Rubino magno sibi iuncto, circũ quinq; Margaritis magnis albisq; affixis.

Torques Secunda.

Sex in locis, semper quattuor Adamanti plani, qntus ex medio acutus eleuatus, idest numero 30. Smaragdi quattuor, Rubini duo optimi. Margarite fixe 33. pen qule 11, infra ex Adamãtibus, pendula Rosa magna, tabula desuper ex Rubino, & infra magna pendula margarita.

Torques Tercia.

Ex auro purissimo lata, lilium forma, fixis intra ma/gnis albssimisq; margaritis triginta una.

Torques Quarta.

Erant Margaritæ centũ rotũde magnæ albissimeq; pendula infra Crux, quinq; nitidissimis Adamantinis tabulis tribus connexis adiunctis margaritis.

Monile Primum.

Magnus Saphirus mũdus. Adamãti duo, alti, non tñ acuti. tabulæ Adamãtinæ duæ, Margaritæ sex mag/(næ

Monile Secundum.

Saphirus ualde magnus pforatus. Rubinus magnus quem Palas uocant. Rosa ex Adamantibus, marga/

ritæ tres magnæ.

Monile Tercium.

Liga seu stringa Smaragdo magno puroq;. Rubino uno rotundo, tabula Adamantina. una magna margarita. Annulus aureus cum tabula Adamanti. Annulus aureus cum tabula Rubini magni colorisq; optimi.

Ad quattuor uestes Campi auri, non facte.

Vestis prima tota aurea triplicato auro quod Itali appellant Campo doro rizo altopasso.

Vestis secunda duplicato auro rizato altropazo in ueluto uirido.

Vestis Tercia de ueluto cher. auro triplicato, optima. Vestis Quarta Rasum uiride auro tirato pulcherrimũ. Hoc munus Reginæ dignũ per regni thesaurariũ missum, cuius æstimatio, meum fugit ingeniũ. Verum hoc citra adulationem scribere nõ dubitauerim. Principis nõ exigui esse thesaurũ. His factis introitus ad tẽplum paratur, q modo præscripto diei 18. mẽsis huius seruat9 est. sacra eo die Laurenti9 Midzilecius Vilneñ Præpositus, Prothonotarius & ad Regẽ Poloniæ sedis apostolicæ nunccius dixit, primumq; hac die deo reddidit sacrificiũ, & sempiterno patri filium, hostiã obtulit immaculatam. Pontificie date sunt ibi præsentibus indulgentiæ. Terminatis diuinis ad arcem uenerunt. Et prandium incœptum est. Solo fœmineo sexu conuiuium hoc dicatum, quo splendore id factum sit, uel ex primo cognosci poterit quod nemo uelit actam beneq; partam gloriam, postrema denigrare negligẽtia. Facto prandio, qui sociali hastiludio parati, uenerunt, quorum octo dumtaxat fuere. Verum quia ex hospitibus nemo aderat, domestici sponte forte familiarius rem gessere. Morauicius hac die uictor euasit. Postero die, Illustris KAZIMIRVS marchio cũ suis dũtaxat met quartus nouũ hastiludii genus egerũt nouum dico, quia ante in regno non communiter usitatum ut puta a capite ad pedes usq; cathephractati, e quorum sacci, quo pectus muniunt, usu communi multo minores fuerunt. Princeps ipse, comes de Hennenberg, duoq; alii ex nobilibus, quid fecerint hii, eoꝝ est iudicare qui fuerunt præsentes, uix tamẽ cognosci poterat quis dñs uel seruus, idest, nullum illis dignitatis discrimen, ut enim quisq; potuit, ita alium ueloci cursu auidissimoq; impetu disiecit, uel ipse inuersus corruit. Hac die (non quia princeps esset) Marchioni merito, tanq̃ optimo militi palma cessit. Sertũ monili decoratum Anna uirgo, dux Mazouiæ illi misit, quoniã hanc miliciam uirtutibus illius, Marchio dedicauerat. Eo quoq; die Dux Constantinus, & dñs Hilintza Capita. Brzeceñ Regi munera dederunt, Similiter dñs Ioannes d Schonberg orator ducis Georgii Misneñ. duxq; Fredericus Legniceñ. Reginali maiest. miserunt monilia aurea lapidibus preciosis redimita. Sed & R. dñs Cardinalis Estensis, & Ill. Prosper colum. Regie celsi. equorum ornamenta, & id genus, cũ preciosa, tũ pulcherrima donauerunt. Præterea dñs Leo Capitaneus generalis Boemiæ illustris, cum filio ex Boemia, uenit ad Regem, qui Regia humanitate benignissime acceptus, & obseruatus est. Vigesima autẽ secunda huius mensis, mane iuxta uim contractus in rebus priuatis

Milicia Marchionis.

h

Mũdus mu/liebris.

dispositũ est quibus bene humaniterq; factis, thesau/
rarius & cæteri, qui his rebus præfuerunt, Mundum
muliebrem, fœmineamq; suppellectilem, non tã mon
strantes dederunt, quã mirari uidentes fecerunt. Nam
uiginti deauratas de qbus supra diximus cistas singulas
repletas singulatim exhibuerũt, de q̃rum rerũ sumptu
precio & regio nitore, & siqd satis scribere placeret, cõ
sultius tamen missa faciã, ne longior atq; idem fastidi
osior fiem. Nam q̃d scripturus sũ, in hac præsertim tẽ
poris angustia, quom biduo nec integre uidere, nec sa/
tis mirari diligenter adhibitus, potuerim. Tacendum
mihi itaq;, ac potius nihil, quã ieiune arrideq; non scri/
bere, sed rem carpere consultũ uidetur. Hoc unum nõ
erit alienũ affirmare, hunc mundũ muliebrẽ adeo esse
celebrẽ, ut non crediderim in hominũ natura esse, qui
unquã uiderit parẽtem piissimã, clarissimam natã ita
expedire, frustra certe mihi splẽdorem rerũ, maximis
sumptibus comparatum, artificiiq; scienntiã, aut etiã
omnis generis copiam quisq̃ obiiciet. quom hic copia
fuerit copiosissima, nitor, sumptusq; haud facile cre/
ditu, ita ut nescias an artificii aut ualoris gratia rem
possis mirari. tot enĩ (a capite incipiendũ est) scuphe,
mitræq; tubalia, camisiæ indusia, linteamina, cooper/
perturæ, uarie papiliones seu tentoria, lectorũ orna/
mẽta, facileta, aliaq; id genus, ex tela Flandrensia cam
braii subtilissima. Prætereasérico, atq; auro texto,
ut & numerũ, & sumptũ mirari sit necesse. Illud fasti/
diosum, istud profecto impossibile est, auro deniq; ita
omnia repleta sunt, ut uix unq̃ res ditiores sint uise.
Vestes præterea uiginti septem cæteris preciosiores

quarum, alia die coronationis, eius Maeistas fuit indu/
ta, raso turcino, desuper bracteato auro decorato, ut
etiã dissfacta multa ducatorũ milia ualeat. Alia quoq;
eius generis alterius tamen coloris, & ita singule sum/
ptuosissime facte sunt, deinde camere (ut uocant) ex
auro borcato ritzo brunaticoq; ueluto pauculo mix/
to, incredibilis magnitudinis. Item Tapeta imaginibus
laborata artificio singulari. Tapeta item ex Turcia ue
hi solita. Deinde capitis ornamenta, ut pireta, & scuffe
hisq; similia, non tamẽ ita instructa, ut oculos dũtaxat
replere uideãtur, sed ut perpetuã quoq; habeant utili
tatẽ, nam ex auro purissimo sunt singula artificiose de
corata, multa fuerunt miranda, unum tamẽ non satis
laudandũ scilicet capitis quoddã ornamentũ Adamã
tibus acutissimis quattuor, qnto uero eleuato cordis
in modum non tamen acuto, & totidem Rubinis, sep/
tuaginta margaritis, ita singulis purissimis, ut possibi
le nõ est in ea magnitudine quitq̃ præcellere. Hic tan/
dem cinguli aurei multi. uaria uascula aurea, pater no
ster (ut appellant) taceo de rebus ad odorem seruan/
dũ preciosissimis. Speculis atq; cæteris rebus quæ nõ
fuco, sed auro facta sunt. Præterea collis pulcherria
ornamenta uaria & preciosa erant. Sed frustrahis in/
cumbo, dum enĩ diligenter inquirere uellem, amplius
altiusq; repetere esset necesse, quod profecto facerẽ ni
si me ipsum intelligerẽ, uix me licuisse uidere singula,
minus igitur curiose referre oportebit. Abacus argen
teus poculis & uasis uarii gñis itineri acõmodat9 tãtæ
Reginæ dignus datus est. ubi cupæ itẽ duæ pulcher. a
Viennñ. Señat. Regiæ donate, ostẽse sũt. Decẽ ẽt equo
rũ ornamẽta supra quã dici põt Italico more pulchra

ac ſumtuoſa cum equis quinq;(reliquis in itinere mor/
tuis)regiæ cel. dederunt. At humanitatē omniū, quæ
reliqua uincit,non immerito mirari oportebat. Sed de
his parcius,quā re ipſa ſunt, plus tamē quā decet,ſcri
pſiſſe forte iuuabit. Redeūndum eſt ad Haſtiludium
quod facto prandio nobili iuuentuti indictū erat. Mi/
Haſtiludiū. litare hoc exercitiū Marchio cū ſuis nō neglexit,quod
ſtrenueq; actum,nox tandē diremit. Hac die Marchio
nō mō principem ,ſed militē quoq;fortiſs. geſſit,cui &
hac uice Mazouiæ dux,ſerto miſſo,decorauit miliciā.
Interfuerunt iterum octo, nonus enim impar ſtatim ſe
cōtinuit,ſimili ludo patricii regni primi, 25. ideſt ſextæ
feriæ, diem abſumſerunt, 25. Aprilis, die Solis,facto
prandio,ad aulam ſuperiorem,qua ad cubile Regium
itur uentum,aliquantulum choreis ductis nunc Italico
nunc Germanico,nunc Ruthenico more,replicatis ui
cibus,quo in loco & Regia & Reginalis maieſtates cō
ſedebant,reliquo ordine priſtino ſeruato. Cæterū Re
gina,Regias natas,ſuo more pulchre iſtruxerat, toto
hoc tempore natu maiorē amplexans adlatus ſingu/
laris clementiæ charitatiſq; indicio,parentis quaſi pi/
iſſime uices agendo continebat. Tandem ſerta aurea
monilibus decorata portari iuſſa ſunt, ſex. Primum
Duci MAzouiæ, deinde ſingulis uirginibus ſingula
data. Gratiæ ita habite ſunt militibus, Primo omniū
Marchioni, & nō immerito, quia ob partam gloriam
id iure a cunctis illi concordi ore tribuebatur. Datum
eſt monile optimū aurea liga cum deſuper corona ta/
bulis rubinis ſeptem,item rotuudis rubinis 12. marga
ritis 11. medio autē tres Adamantine. Roſæ in unius

cuiuſq; medio Rubinulus acutus, infra in medio Sa/
phirus pulcher a latere per tres rubinos rotundos,fi/
nes ligæ qui infra penduli per rubini & adamanti ta/
bul as unamq; margaritam cincti.
Comiti de Hennēberg ſcđo loco actæ ſūt gratiæ, atq;
ſertū cū monili datū, Saphiro,3. roſis de rubinis, 6 ta
bulæ adamātinæ,coronā deſup 17. rubinis,3 adamāt.
tabulis,4. margaritis,pēduli fines p duas rubini unāq;
adamanti tabulas unā & margaritā, condecorati.
Tercio loco actæ ſunt gratiæ Ioāni Tarlo ſtrenuo mili
ti Polono. Quarto loco Conrado Petzinger ex nobili/
libus Marchionis. Quinto loco Hieronymo Schaf/
franittz. & Sexto Morawitz, his omnibus aurea ſerta
& monilia ſunt data,quæ longum ſpecifice eſſent recē
ſenda Marchio & Comes de Hennenberg primi cho/
reā duxerunt, Deinde q̄ttuor alii, aliiq; replicatis uici
bus, tandē hac lælicia terminata,atq; Sole iā ſe incli/
nante Principes ad hoſpicia ſunt dimiſſi. Altera uero
die quæ cōuentionis iam duodecima fuit, abſoluti ſūt
oratores, R. dñi Cardinalis Strigonieñ tres, R. dñi epi
ſcopi quiq; eccleſieñ,unus, ill. dñæ ducis de Trancʒin,
Dñi Moyſi. R. Epiſcopi Vacieñ. Dñi Wratiſlauieñ. Munera ora
hii omnes a Regia M,ueluto razo uel adamaſco,pel/ toribus, &
liciiſq; mardarinis donati, ſalutato & ualedicto Rege Principibus
receſſerunt. POſtridie 27,& ſequenti 28, Aprilis(ua/
ledicto Rege)expediti ſunt. Reueredíſſimi dñi, Olo/
munceñ. & Wratiſlauieñ Epiſcopi, quos Ma. Regia
ueluto raſoq; Chermeſino pellibus ſebellinis & pocu/
lis argenteis biniſq; pelliciis mardarinis, donatos dimi
ſit, Reuerendiſſimoq; Olomunceñ. Epiſcopo annulū

cum Saphiro a manu, propria direxit
Kazimirꝰ pater, Vladiſlaus filiꝰ duces Theſchneñ. et Ambroſius Scharkani collega, oratores Regis Hungariæ, ueſtibus aureis, ſebellinis pellibus, poculis argenteis, ueluto atq; adamaſco, pelliciiſq; mardarinis donati quoq; ſunt dimiſſi. Ducis etiam Kazimiri nobilibus dñis, hinneck bruntalzki, Bernhardo Swolſki. Ioanni ſczolo cancellario, Ioanni Szedlitzki, amcha ſericeas ex raſo ueſtes donauit.
Fredericus Legniceñ. Georgius Bregeñ, Karolꝰ Monſterbergeñ, duces 26. Aprilis muneribus a Rege razo auro tirato pulcherrimis ueſtibus, ſebellinis pellibus poculis argẽteis, pelliciis mardarĩ. donati receſſerũt.
Item doctor de Glogouia ſerica ueſte donatus eſt.
Comiti de Glatz & Hardek, ueſtis aurea pelliciaq; donate.
Dñs Leo Capitaneus Boemiæ cum filio, qui poſtridie poſt coronationem uenerat ueſte aurea, pellibus ſebellinis, poculo argenteo, pelliciis & cantheriis a Rege quoq; donatus domum reuerſus eſt. Filius dñi Leonis ueſte aurea pulchra donatus.
Dñs de Sternberg Cancellarius Boemiæ, ueſte aurea pellibus ſebellinis, poculo argenteo, pelliciis mardarinis, cantheriiſq; donatus receſſit. Nobiles apud magnificentiam ſuam, Oleſchinztki ueſte aurea, Doctores Rudolſus & Venceſlaus, & Marſchalcus ſericeis ueſtibus donati ſunt.
Vigeſima nona menſis Aprilis, 15. die poſt ingreſſum Cæſareani quoq; honorifice (auditi & abſoluti prius) donati.

…ſareano/ …m expedi/ …o.

MARCHIO. ueſte precioſa aurea ritzata, pocuis deauratis, pellibus opt. ſebellinis, Altopaſſo chero, armelinis pellibus, pellicia mar, cantheriiſq; donatus.
Comiti de Hennenberg, ueſtis aurea, pelles ſebelline, pelliciumq; donatum.
Domino de Schwihaw. IOanni Moraxio. LAVrentio Saurer. Doctori IOAnni Cuſpiniano, his per ueſtes aureas, pelles ſebellinas, poculum argenteum, pellicium, cantheriumq; uniformiter donauit.
Nobilibus uero Marchionis, dño de Lichtenſtein Auſtrali, Grinniger marſcalco, Ioanni Truchſes, Oſwaldo Schex, Bartholomeo Wexẽſteiner, ueſtes ex ueluto date. Criſtoforo Wolfmerhauſer, Mauricio Schirdinger, Contrado Betzinger, Stefano Birkẽfelſer, Chriſtoforo de Wiſſentaw, Ioanni de Seckendorff, Doctori medicinæ, his omnibus ueſtes ſericeæ, ex Raſo ſeu adamaſco date. Præterea filio Cuſpiniani, facundo doctoq;, ætate tamen puero, fratri illius Nicolao Cuſpiniano, Wulferſdorferr, rerũ Dñi uicedñi gubernatori Ioanni karlo Regio hoſpiti Vienneñ, his ueſtes fericæ ex adamaſco donate, Quatuor citharede, a Reginula Hungariæ miſſi ueſtibus & pecuniis donati.
Reuerendiſſimus Cardinalis Eſteñ. Eo quoq; die expeditus, & Regia liberalitate donatus, pellibus ſebellinis optimis, poculis argenteis deauratis, pellicia pantherina, pellibus Armelinis.
Dñs Proſper Colonna, Poculis argẽteis octo pulcherrimis artificioq; ſingulariter fabrefactis (uti reuera oẽs fuere Regiis inſigniis deſuper poſitis, ad hoc ordinata, quæ & ſupra ſcriptis donata fuere) totidem q̃

h4

32

dragenis sebellinorũ, pellibus armelinis, pellicea pan therina, milleq; hungar. aureis fuit donatus.
CVRIA REginalis Maiest, Hi quorũ supra fecimus mentionẽ, dempto forte uno, idest, Secretario, qui non rediit in Italiam, omniũ tamẽ personarũ numerus, qui sunt munerati, duodecim, his parti pelles sebelline, & uelutũ cũ pelliciis, parti uelutũ & pelliciũ datũ, aurei tñ aliquibus additi, sicuti stafferiis, seu pedissequis.
Curia III. dñi Prosperi, Quorũ ẽt nomina suprapo sui hic forte repetere nõ uidetur esse necessariũ, Personis quindecim munera data, per uelutũ adamascũ & pelliciũ, Maiori domus pelles sebelline, addite, 100q; aurei hnugar. Quattuor Staffieri aureis quoq; donati.
Hi omnes expediti 30. die Aprilis, iter uersus Hungariam cum Cardinali acceperunt.
Rennel nuncius Regis Hungariæ ueluto quoq; & raso chermesino donatus est.
Andreas Drepka miles Polonus ex Curia regis hungariæ ueste aurea donatus.
Botian egregius miles hũgariæ, ueste aurea donatus.
Hieronymus Balbus orator palatini hungar. ueste ex ueluto, alia raso, pelliciisq; donatus.
Ioannes de Schonberg orator ducis misneñ. ueste aurea pelliceoq; donatus.
Orator dñi Archiepiscopi Coloceñ hungar. his etiã aliquot diebus post Coronationẽ uenerat, portauitq; munera Regi, hunc etiã ueluto pro ueste, raso alia, & pellicio donauit.
Dñs Vilhelmus Cuna morauus, ex ueluto ueste donatus est.

ANna dux Mazouiæ uidua, uestibus ex ueluto, raso, atq; adamasco donata.
Anna filia, dux Masouiæ, ueste aurea Altopasso optimo, alboq; raso donata.
Stanislaus & Ioannes duces Masouiæ, ex burcato auro uestibusdonauit.
Eberhardus Ferber consul Gdaneñ. ueluto adamascoq; donatus est.
Nuncius Palatini Walachiæ quoq; muneratus, & dimissus est.
HOC ordine expeditis donatisq; Regia liberalitate oĩbus, ultima Aprilis iã maior hospitũ pars recessit. Cæsareani uero Viennã uersus iter habuere. Cui9 aũt precii, uel æstimationis hic Regius splendor fuerit, aliorum sit iudicium, mihi tamen minime licet, & si cæteris forte maior sit cognicio, omnibus enim quorũ feci mentionẽ, uictualia per totum id tempus, magna omnium rerũ copia data sunt, ut facile crediderim bono ordine hoc conuiuiũ, atq; omniũ rerum copia, omnem unq̃ habitũ exuperare splendorem, cũ quod sumptuosissimum, tum etiam multis diebus protractum, nec tamẽ quispiam nisi postulans, fuit dimissus. Præterea tot egregia munera singulis data. Cæterum, quod certissimũ fortunati principis est indicium, inter tot nationes populosq;, ubi fuere Itali, Germani, Hungari, Boemi, Poloni, Lithuani, Rutheni. Walachi, Tartari, & & id genus hominũ, haud dubio moribus sibi contrariũ, nulle tamẽ, uel minime dissensiones, seu altercationes facte, haud secus quam si singuli singulis fratres essent, uixere. Vigilans etiam Graccouieñ. Senatus,

33

custodia in prætorio, aliisq; locis, diu noctuq;, Regio iussu seruata, Omne periculum (si quod imminuisset) cauere, præuenireq; studuit. Hoc etiam non minus uidetur felix auspicium, quod existentibus his Regiis epulis, quo magis deus opt. max. Regi uideretur gratificari, cœlum ab omni pluuia continuit, fulgentẽ tribuit solem, tempus non modoo, amœnum, uerum etiã felicissimum tribuit, ut & interim (territi forte dei potentia) & in fideles a regno abstinuerint, Moscho dũtaxat excepto, qui dum apud Wielki lucki nostros inuadere studet, suorũ cladem (exusta urbe, præfecto atq; cæteris abactis) accepit. huic fortuna accedit, quod quom iam finis felix omniũ aduenit rerum, pius Iupiter lenta pluuia (exeuntibus tamen hospitibus, ut saltem pulueres comprimeret, quo minus aliquid hoc in Regno illis molestie contingeret) terram consperſit. Verum magnifica Venetorum Respublica, quæ nuper in Reginæ transitu, non parum se in illius uenerationem accinxerat, quom aũt marini fluctus Maiestatis suæ iter alio deflexerunt, ne tamen eius congratulatio felicissimo connubio deesset. Principis & Senatus decreto, Magnific. Aloisius Bon Patricius, ultro in Poloniam orator missus est, qui 15. Maii, terminatis iam rebus omnibus, Grac. uenit postridie & apud Regem, & a Regina auditus, luculentissima & facunda oratione Senatus populiq; Veneti, animũ, & congratulationem declarauit. Reginaliq; maiestati munere dato, honorifice ipse habitus, deide. 22. Maii mũratus a Rege dimissus est. Dimissis itaq; hospitibus, tandẽ de rebus regni consultum atq; prouisum est.

Orator Venetorum.

Perueni ad Diarii huius finem, utinam nõ tam ieiuna oratione id fecissem. Verum partim me tempus atq; negocia excusant, partim etiam quod id quod cõmune esse debet, cõmuni est stilo scribendum, in hoc tamen, non sine gloria me putabo, quod ipsam planam ueritatẽ arridis, quidẽ his uerbis describens nulla sum prorsus adulatione usus. Si quid parum (quod humanum est) erratũ alicui uidetur, ipse pie corrigere dignetur hoc unum mihi a deo opt. maximo exorandum uenit, ut hunc Regem Reginamq; hanc nouam, sanos incolumesq; felices conseruare, pulchraq; prole parenteis facere dignetur, quibus hoc Regnum feliciter diuq;, uirtutibus armisq; protegatur, iis quoq; ducibus Christiana Respublica aucta crescat.

Errata quę inter Imprimendum occurrerunt.

b. columna 8. versu seu linea 18. germanię ora lege oras. c. col. 1. ℣ 24. numro lege numero 19. col. 4. ℣ 16. delatura lege declaratura. col. 5 ℣ 22. billica lege bellica. col. 6. ℣ 29. sua lege suo. col. 7. ℣ 19 fama lege famam. d. col. 3. ℣ 11. landum turũ le. laudum tuarum col. 8. ℣ 3. laurencinus le. laurencius. e. col. 2. ℣ 4. subiceo le. subicio. col 7. ℣ 5 precipuũ cõem le. ad cõem. col. 8. ℣ 2. exlutet le. exultet. f. col. 4. ℣ 24. auris le. auribus. ℣ 25. lege celsitudini. col 6. ℣. 19. virido. le viridi. g. col. 8. ℣ 11. altrapazo le. altopasso. ℣ 12. virido. le. viridi. ℣ 14. in aliquibus rasum viridis le viride. Sunt preterea literarũ inuersiones, & transposite virgulę, illa sed pius lector corrigere dignabit. Ceterum de multis, in lingua latina non vsitatis vocabulis me excusatum habebit, si rem ipsam placata considerabit mente.

Impressum Graccouiæ Anno a partu uirgineo, 1518. SIGISMVNDO Rege Poloniæ inuictissimo feliciter regnante. Per Hieronymũ Vietorẽ Philouallẽn. 31. die Mensis Maii.

34

AQVILA LOQVITVR.

Vnguibus exagitat volucres Iouis ales acutis
Ast ego Tartareum persequar vsq; genus.



CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



Biblioteka Jagiellońska
Oddział Konserwacji
1999 r.

